

nece nunciata, ambos istos à Senatu Imperatores lectos esse dicit. mendose. si quidem postredie Gordianorum recitatae sunt litterae. Aut ergo vii. Kalend. Jul. aut ejusmodi aliquid substituendum, quod ad idorum Apollinarium, quibus haec acciderunt, tempus conveniat. Igitur Senatus Roma ex viginti viris, quos ad tutandam Rempub. absentibus Gordianis elegerat, Imperatores duos constituit, Maximum Pupienum, & Balbinum. quorum prior adversus Maximinum Aquileiam obsidentem profectus rem ex animi sententia confecit. Nam Maximini ambo à militibus interfecti sunt, circa Kalend. Octobris ut scribit Onufrius. Verum quibus annis ista contigerint, propter Historicorum diffidium minus est explicatum: uti & Gordiani tertii primordium. Capitolinus in Maximini ait, mortuus Gordianus Maximum Pupienum ex Praefecto Urbi, & Claudino Balbinum Imperatores creatos. quibus à populo Augustus appellatis, per milites deinde, ac populum Gordianus senioris Gordiani nepos Caesar est dictus; eodem die, quo illi Imperatores & Augusti à Senatu renuntiati sunt; ut Herodianus lib. vii. & Capitolinus in Gordiano tertio narrant. Occisus demum Pupieno, atque Balbino Gordianus Imperator, & Augustus salutatus est; ut iidem auctores referunt. & quibus Herodianus ludis Capitolinis id accidisse scribit. Quare uno anno circiter Pupienus, & Balbinus imperarunt. Nam & Junio mense, vel Julio superioris anni creati, & eodem sequentis anni mense militari seditione cæsi sunt. Gordianus igitur puer hæcens Caesar, post necem istorum Imperator & Augustus acclamatus est. Docet hoc Herodianus, & Capitolinus in Gordiano tertio, & in Maximo, atque Balbino. Atqui contrarium ex hoc eodem potest colligi, nempe Maximino adhuc superstitite Imperatorem, & Augustum fuisse Gordianum puerum. Nam statim post Maximini necem, missæ sunt Romam litteræ, quas nuntius Aquileia & Ravenna, ubi Maximinus Imperator erat, incredibili celeritate ad Balbinum attulit, qui tum fortè cum Gordiano ludorum spectaculis intererat. Et fortè dies ludorum erat (verba sunt Capitolini in Maximino patre) quum subitò sedente Balbino, & Gordiano theatrum minus ingressus est: atque antequam aliquid indicaverit, omnis populus exclamavit: Maximinus occisus est: ita ut nuntius præventus, Imperatores, qui aderant, gaudium publicum nutu, & consensu indicaverint. Imperatores vocat Balbinum, & Gordianum. Non igitur Caesar hic tantummodò fuit. Sed validius è frequentibus argumentum. Recitatis in Senatu per Balbinum Augustum litteris, acclamavit Senatus inter cetera; Maximo Auguste tibi gratias: Balbino Auguste tibi gratias. Tibi gratias Gordiane Auguste. Eutropius item lib. ix. Postea res simul Augusti fuerunt Pupienus, Balbinus, & Gordianus. Ergo & Imperator, & Augustus cum Maximo, & Balbino Gordianus fuit. Pergit Capitolinus: apud quem Cuspidius Celerinus ita censuit. Victoria causâ principibus nostris Maximo, Balbino, & Gordiano statuas cum elephantis decernimus, currus triumphales decernimus, statuas equestres decernimus. Profectò majus aliquid ampliusque, quam Caesaris, fastigium consecutus ille videtur, qui cum ambobus illis, Imperatoris, Augusti, Principis appellatione; tum honorum communione sociatur. Præterea Maximinus mortuo Alexandro, imperator factus est anno Christi cccxxxv. mense Martio, xvi. circiter die. Si quidem Alexander, qui Prid. Non. Martias Imperator renunciatus est, ultra xiiii. annos novem dies imperavit, qui in xv. Martii desinunt. Anno sequente, qui fuit Christi cccxxvi. Maximino Augusto, & Julio Africano Coss. Gordiani in Africa Imperium usurparunt circa Maïum, quibus interfectis, Junio, ut apparet, exeunte, Maximum Pupienus, & Balbinus successi sunt, iidemque anno Christi cccxxvii. eodem ferè, quo inierant, mense à militibus interempti sunt. Quibus extinctis Gordianus tertius solus imperavit. Porro hujus exordium celesti caractere notatum est; quod memoriæ prodidit in ejus vita Capitolinus. Sed indicium, inquit, non diu imperaturi Gordiani hoc fuit,

quod eclipsis Solis facta est, ut nos crederetur, neque sine luminibus accensis quicquam agi posset. Dux Solis insignes defectiones anno Christi cccxxvii. & cccxxviii. acciderunt. Prior Aprilis xii. cujus ex Parisinis tabulis ea delineatio colligitur. Novilunium verum hora 3, 12'. post meridiem, Romæ. Apparens verum 4, 31'. Sol in Arietis gradu * 20, 20'. circiter. Motus latitudinis verus 0, 4, 25'. latitudo vera Borea 21', 57". Parallaxis latitudinis 19'. Qua detractâ, latitudo apparens est 2', 57". Scrupula incidentiæ 29, 12'. Motus horarius apparens una hora ante apparentem est 27'. post apparentem, 33'. Igitur totius eclipsis duratio fuit horarum 1, 55'. Cæpit hora 3, 43'. post meridiem. Desiit hora 5, 38'. ante Solis occasum, hora ferè integra. Dignos habuit 10, 30'. ferè.

Anno verò cccxxviii. Aprilis 2. contigit ejusdem sideris defectio. Vera synodus hora 8, 4'. post mediam noctem: Sole in Arietis † gradu 9, 58'. consistente. Apparens synodus hora 7, 25'. Motus latitudinis verus 0, 11, 35'. Latitudo, 59', 52". Parallaxis latitudinis 51'. Ergo apparens latitudo, 8', 32". qua deducta de summa diametrorum, quæ est 29, 35". residua sunt 21', 3". Itaque digitorum fuit 8. & scrup. 15'. Scrupula § incidentiæ 28', 22". Motus horarius apparens 32'. Tota proinde tenuit horam 1, 48'. motu apparente. Cæpit hora 6, 31'. post ortum Solis, scrupulis 17'. Desiit hora 8, 19'. Exiis Solaribus deliquis, prius sine dubio congruit ad historiam Capitolini. Nam longè majus posteriore fuit. Itaque Gordianus jam tum Imperator, & Augustus fuisse videtur ex anno Christi cccxxviii. cyclo Lunæ x. Solis xxxi.

CAPUT XXVII.

De Philipporum initio, & ludis secularibus.

GORDIANUS sexennio regnavit, ait Victor Schoteti, post Capitolinum item Eusebii, Epiphanius, Cassiodorus, &c. Occisus est igitur anno Christi cccxlv. Peregrino, & Emiliano Coss. Successit ille ipse, qui Gordianum interfecit, Philippus Arabs ex Praefecto Pretorio, cujus imperium Secularium ludorum commissione celebratum est, anno Urbis absolutò millesimo, & ineunte millesimo primo; quo ambo Philippi Consules fuerunt pater III. filius II. Id enim numi veteres quamplurimi demonstrant. Atque hic annus æræ communis est cccxlviii. quo Philipporum desinente quarto, quintus inchoatus est. Quippe annus Christi cccxlviii. est Periodi Julianæ 4961. cum ergo primus annus Urbis Varronianus cæperit à Palilibus anni 3961. anno 4961. Christi cccxlviii. iidem ex Palilibus iniiit annus Urbis millesimus primus, quo quidem ludi illi Seculares tempore messis, ut refert Zosimus, instaurari soliti, à Philippis celebrati sunt. Hinc errare liquet eos, qui contra numerum fidem, ludos istos, à Philippo, anno imperii ineunte quarto, Consulatu secundo, peractos asserunt: qui Christi cccxlviii. putari debet. est cccxlix. illi numerent. Sed & Cassiodorus in Chronico perperam ludos Seculares conjicit in annum sequentem, quo Coss. fuerunt Emilianus, & Aquilinus, qui est Christi cccxlix.

Hic est autem ille Philippus, quem à S. Pontio martyre ad fidem fuisse conversum, acta illius martyris testantur, quæ sunt apud Surium Tomo vii. Maïi xiv. Sed quantum illis tribuendum sit, indicat in Annalibus Baronius ad A. cccxvi. ubi ridiculam iis intertam esse fabulam ostendit, de templo, ac simulacro Jovis à Fabiano, & Pontio subverso. Eusebius lib. vi. Hist. cap. 28. famam refert de suscepta ab Imperatore Philippo Christiana fide memoriæ proditam, deque litteris ab Origene ad ipsum, & ad ejus conjugem datis. de quo merito dubitat idem Annalium Illustrissimus conditor; qui è Zonara complures observat nominum similitudine deceptos, quæ Philippo Ægypti Augustali conveniunt, ea ad Philippum Imperatorem accommodasse.

CAPUT

CAPUT XXVIII.

De initio & obitu Decii, Galli, & Volusiani; Valeriani, & Gallieni, Claudii, Aureliani, Taciti.

PHILIPPIS annos quinque Victor, Eutropius, & Onufrius attribuunt septem Eusebius in Historia, & in Chronico, Epiphanius, Orosius, Cassiodorus, & Baronius. Priores mortuos esse Philippos voluit Coss. Emiliano, & Aquilino, qui est annus Christi cccxix. posteriores Decius duobus Coss. qui est annus Christi ccli. Rursus Decio biennium Eutropius, & Victor imputant. Hic tamen in Epitome menses xxx. numerat. Cassiodorus annos 11. menses iv. Eusebius & Epiphanius annum 1. menses 11. De Gallo item, & Volusiano haud paulò impeditior est questio Biennio quippe regnasse Victor, Eutropius, aliique censent. At Inscriptiones veteres Tribunit. potest. iv. illis admetiuntur. Sanè tam horum, quam insequentium Imperatorum tempora partim scriptorum inopia, vel Ægyptiæ: partim Consulatum perturbatione obscurissima remanserunt; ut ad historicos illos nodos, & controversias dirimendas probabili conjecturæ præcipuus esse locus debeat. Nos ambobus Philippis non plures annos quinque solidis cum mensibus aliquot assignandos credimus. Nam Tribunitiam potestatem vi. cum Consulatu III. Philippo Patri numi veteres addicunt. ut appareat cæpto jam anno imperii sexto, Coss. Emiliano, & Aquilino, petiisse Philippos, anno Christi cccxix.

At Veronenis Inscripctio, quam in Annalibus laudat Baronius, & Adolphus Oeco, testatur anno Christi ccliii. cæfos esse Philippos. Sed adulterina & nugatoria est epigraphæ, quam merito neglexit Onufrius. Neque enim annorum Christi putatio ita vetus est; quam demum post Dionysium passim usurpatam esse constat. Itaque nihil erat, quod ad rationes suas cum *de tempore* illo monumento conciliandas, Annalium, Chroniconumque Scriptores biennium Philippis arrogarent. Atque ut Decius ambobus Coss. necatos esse Philippos arbitretur, nequaquam is annus erit æræ Christianæ ccliii. ut Annalibus videtur; sed ccli. Verum ante Decios ambos Consules, Philippos extinctos esse, probabilis est. Videtur enim Decius pater in illo Consulatu, qui secundus in Fastis illi tribuitur, jam Imperator, & Augustus; Etruscus verò filius, Cæsar appellatus. Nam si alii Coss. annum aperuissent, eorum titulo insignitus esset annus, uti passim in Fastis cernimus. Quocirca Decius pater anno sequenti, quam imperium adeptus est, Consulatum cæpit, & collegam habuit Gratium, sive Gratianum; in altero verò Consulatu Etruscum filium. quod mirum non est. Siquidem & Philippus Imperator primum Consulatum cum Titiano, secundum cum filio suscepit. Maximinus item Consul primò cum Africano fuit; cum filio nusquam comparatur. Sed Coss. series alia in Fastis Siculis, alia in Cassiodori Chronico reperitur. Quippe Siculi post Philippum Augustum III. & Philippum filium II. subjiiciunt Emilianum II. & Aquilinum; Decium & Gratianum; Gallum & Volusianum; Volusianum II. & Maximum; Decium Cæsarem, & Decium filium mendosè. Melius apud Cassiodorum, Emiliano, & Aquilino Decius & Gratus Coss. juncti sunt: tum Decius II. & Etruscus. inde Gallus & Volusianus; Volusianus II. & Maximus. Cæspianus in quibusdam Fastis Decium II. cum Grato componi; cum Decio verò filio Cæsare; Decium III. ascribit quod & Onufrius placuit. Itaque sufficènt aliquo anno Decium fuisse non improbabile est. Cui quidem annos duos cum mensibus aliquot imputamus, nempe vi. ut auctor est Aurelius Victor. Etenim anno Christi cccxix. Emiliano, & Aquilino Coss. imperare cæpit; pervenitque saltem ad extremum annum Christi ccli. quem ipse Consulatu III. cum Etrusco filio notavit. Nam Trebellius Pollio in Valerianis Senatum Decii Imperatoris auctoritate coactum refert duobus Decii Coss. vi. Kalend. Novembris in quo Valerianus abfens Censor factus est; idque ordinis amplissimi decretum ratum justit esse Decius. Quare sub illius anni finem Decii ambo perierunt.

Annus igitur exeunte Christi ccli. extinctis ambobus

Deciis, Gallus Hostilianus cum Volusiano filio successit; quibus biennium Victor, & Eutropius tribuunt; hic quidem non integrum. at Eusebius Chronico & Cassiodorus annos duos, menses iv. In veteribus numis Occonis unus est cum hac epigraphæ, IMP. CAE. C. VII. VOLUSIANO AUG. P. M. T. R. P. IIII. COS. II. ex quo Baronius Gallo & Volusiano quatuor adscribit annos. Ita mortui fuerint anno Christi ccliv. quod ipsum Chronologia nostræ consentaneum est: ut cum novo anno Juliano, nova Tribunitia potestas inchoata sit, adeoque quater instaurari poterit. Quamobrem ineunte anno Christi ccliv. Gallus & Volusianus interfecti sunt, cum imperassent annos solidos duos, nempe ccliii. & ccliiii. ac menses iv. qui postremam anni cclii. partem, & tres circiter primos anni ccliv. menses occupant. Vides quam bellè cum Inscriptione veteri Chronologia nostra consentiat: utque necesse sit posteriores duos annos communes illis facere cum Valeriano, & Gallieno. qua in falebria Calvisius æret. Vide quæ subinde de Tribunitia potestate notavimus.

Gallo & Volusiano Imperatoribus extinctis, Licinius Valerianus, & Gallienus subrogantur. His annos xv. Eusebius & Cassiodorus assignant. e quibus Valerianus sex, Gallienus novem obtinuit, auctoribus Eutropio, & Aurelio Victore. Imperarunt ab anno Christi ccliv. ad cclxviii. quo, circa ix. Kalend. Apr. Claudius imperator acclamatur, ut ex Trebellio colligitur. Is intra biennium morbo perit. Eutropio & Orosio tribus. Eusebius, & Cassiodorus annum 1. menses ix. Victor biennium tribuit. Videtur anno Christi cclxviii. cæpisse, & anno cclxix. decessisse, & hoc modo biennium haud integrum exegisse.

Claudius Quintillus excepit. Sed eodem tempore Aurelianus eligitur. Quintillus itaque vix vicissimum imperii diem attingit. At Aurelianus sex annos, minus paucis diebus Vopiscus imputat. Eutropius annos v. menses vi. totidem Victor, Eusebius, Orosius, Cassiodorus. Initium ejus anno Christi cclxix. ob tus anno ineunte cclxxv. Aureliano ipso III. & Marcellino Coss. (ut inter ceteros testatur Idatius in Chronico.) Januario mense. quod ex Vopiscus docetur. Scribit enim, Aureliano cæso milites Imperatoris eligendi potestatem Senatui fecisse. Ob idque tertio nonas Februarii. Senatui in curiam Pomilianam convenisse. Occisus est Aurelianus apud Cænophrurium inter Hærcleam, & Byzantium. Proinde temporis aliquid ab ejus necè ad eum diem intercessit, quo Romam nuntius ille pervenit. Ita Januario mense Aurelianus interemptus est. Sextum ergo Julianum annum inchoavit. At ex antiquis numerum Inscriptionibus concludit Baronius septimum annum ab eodem esse libatum. quod in iis Tribunitia potestas vii. notatur. Nihilominus tot Historicorum concordia plura est apud me, quam Inscriptionis illius fides, quæ sive casoris hallucinatione: sive exceptoris ipsius mendosa videri potest. Sed hæc questio capite sequenti plenius explicabitur.

Post Aureliani mortem sex mensium interregnum fuisse Vopiscus refert. Sed octo ferè menses intercessisse ex illius historia convincitur. Etenim postquam ultrò citroque ab exercitu ad Senatum nuncii commerant; mutuo sibi Imperatoris legendi jus utrisque deferentibus; tandem vii. Kalend. Octobris. Tacitus ad imperium evectus est, ut in Tacito Scriptorille narrat. Imperavit Tacitus mensibus sex: hoc est intra sextum mensem interemptus est, Vopiscus, Eutropius; Eusebius, &c. Victor ducentesimo imperii die mortuum affirmat. Huic Florianus frater substitutus est, qui vix duobus mensibus imperavit, teste Vopiscus. Itaque Tacitus anno Christi cclxxviii. excessit è vita; eodemque Probus Imperator est factus, cujus initium, & imperii tempus exquiratōre diligentia pervestigandum est.

CAPUT XXIX.

De Probi Imperatoris initio, & Fastorum vulgarium perturbatione.

PROBI Imperatoris tempus Chronologia Christiana cardinem, ac velut umbilicum continet, in quem

* Emendabat in suo Codice Petrus: gradu 1, 55'. † Legi hic volebat Petrus: gradu 1, 55'. § Legendum ex Petrus Codice: 28, 21.

Philippi quot annos imperaverint.

Philippus scribitur indidit.

Philippus an Christianus fuerit.

Decii imperium.

Gallus & Volusianus.

Volusianus.

Valerianus & Gallienus Claudius.

Aurelianus.

quem discrepantes invicem annales & Fasti coeunt, & in gratiam, concordiamque revocantur; annis & Consulibus aliquot vel additis, vel detractis. Id quem admodum fiat intelligere, non injucunda Chronologia studiose res erit: nobis, qui temporum harmoniam, & concordiam in hoc opere profitemur, explicare necessarium est.

Ex his quae in superioribus libris de variis post Christi natalem epochis, deque ipsa natali postea commentari sumus, evidens est, magnam partem eorum, qui annales & Chronologiae conscripserunt, in annis Christi vulgaribus cum Romana Graecave historia comparandis uno anno, vel duobus aberrasse. Quod inde illis accidit, quod annum primum aetate Dionysiana totidem, quot ipsos errasse convincimus, annis antevertunt. Cum enim primus annus Christi, qui octavo post vulgarem natalem die sumit exordium, anno quarto cxciv Olympiadis conveniat; Juliano xlv. idque & ex Historicorum veterum testimonio, & ex innumeris caelestium observationum argumentis certissime constat; nonnulli ad annum Olympiadis illius secundum: alii ad tertium: ad Julianum itidem alii xliv. alii xlv. Christianam epocham imprudenter retraxerunt. Sic unius, aut alterius anni labes in infrequentia tempora redundavit. Et quoniam in illa Consulatum face, quae postremorum Imperatorum annos occupavit, mira quaedam, & inextricabilis est annalium veterum perturbatio, quam suspectorum Coss. & ordinariorum consilio magna ex parte propagavit: hinc opportunissima vel erroris, vel inscientiae latebra in illorum temporum obscuritate fuit. Neque prius deprehensum est vitium, quam ad insignem aliquam, & illustrem epocham, atque clausulam perveniretur, quae certum ac definitum intervallum terminaret. Tale Diocletiani primordium est, quod anno communis aetate cclxxxiv. congruit. Item Valentini, qui anno bissextili cccxlv. Imperator est factus. Etenim ab initio illo, quod isti sibi praefixerunt, nimirum ab anno secundo Olympiadis cxciv. cyclo Lunae xvii. Solis vii. ad initium Diocletiani, cui cyclo xix. Lunae, Solis xiii. convenit, interjecti esse debent anni cclxxxvi. vel uno pauciores ab anno iiii. Olympiadis ejusdem, cyclo Lunae xix. Solis vii. ut ex Astronomicis observationibus, & vulgari cyclosum methodo liquet. Nam anno Christi xlv. cyclo Lunae xv. Luna defecit die Septembris xxvii. hora circiter v. matutina; quo anno mortuus est Augustus, & Tiberius imperare cepit. Item anno Christi xlv. Kalend. Augusti Solis defectio contigit Claudii anno quinto. Consulatus duorum Sextorum, qui anno xiv. tribuitur, competit anno Juliano lix. Urbis ex Varroniana putatione dclxxvi. Annus vero primus Diocletiani, qui est omnium consensu aetate Christianae cclxxxiv. cadit in annum Julianum cccxxix. Urbis mxxxvii. si quidem annus primus Julianus cum anno ab Urbe condita Varroniano dclxx. comparatur. Proinde Consulatus Carini ii. & Numeriani, qui confertur in annum Christi cclxxxiv. debet esse ducentessimus septuagesimus post Sextorum duorum Consulatum. Ad haec annus Christi cclxxiv. bissextilis est Julianus quadragesimus nonus. deductis annis lix. supersunt ccc. Totidem ergo Consulatus post annum Julianum lix. Christi xlv. quo Augustus obiit, numerantur ad Jovianum Augustum, & Varronianum Coss. sive annum Christi cclxxiv. Quod & ex cyclosum methodo perspicuum esse potest. Nam primus annus aetate Christianae cyclo Lunae i. praeditus est. Si igitur ad annum primum Diocletiani, qui est Christi cclxxxiv. calculus procedat, incidet in eum cyclosum Lunae xix. Quare cyclosum sunt absoluti xlv. cum annis residuis xvii. quibus unitas accedit; propterea quod ante primum annum aetate Dionysianae unus jam cyclosum annus praeteriit. Jam vero si annus Christi cyclosum habet Lunae ii. consequens est annum septingentesimum septuagesimum sextum retrò numeratum, quo prima Olym-

pias inii, cyclo affici v. qui est Periodi Julianae 3938. & septingentesimum quinquagesimum tertium ante primum annum Christi, cyclosum sibi vindicare viii. qui est in Periodo Juliana 3961. in quem Varroniana Palilia prima conveniunt. Ex quo, velut Chryssippea quadam fati catena, insequentium annorum cyclosum deduci sunt: ut annus secundus Olympiadis cxciv. sive Iphiti dclxxv. cyclo praeditus sit Lunae xix. eundemque Urbis annus dclxxvi. obtineat, quo Augustus xiiii. & Silvanus Coss. fuerunt. Quocirca cum annus primus Diocletiani fixus sit in aetate Christiana, & cclxxxiv. putetur, ac cyclosum xix. consensu omnium habeat; ab anno illo Iphiti dclxxv. Urbis dclxxvi. à quo Christianam aetatem Ecclesiastici Annales incipiunt, cyclosumque, ut ostensum est, Lunae xix. ad eundem cyclosum anno Christi cclxxxiv. tributum, cyclosum sunt absoluti xv. cum uno anno, hoc est anni cclxxxvi. ab anno vero Iphiti dclxxv. Urbis dclxxvi. quo Lentulus & Piso Consules adscribuntur, cyclosum Lunae i. in quem primum Christi Onufrius, ac Petterius conferunt, ad eundem annum primum Diocletiani, cyclosumque xix. Enneadecaeterides praesice sunt xv. anni cclxxxv. Biennio itaque prior opinio; uno anno posterior excedit. Sunt enim haud plures anni quam cclxxxiv. Eadem ratione, si ad annum Christi cclxxxiv. quo Valentianus Imperator acclamatus est, calculus dirigatur, in priori cclxxvi. in posteriori, cclxxv. ab anno primo post natalem Christi numerandi sunt. Atqui communis aetate non nisi cclxxiv. colligit. Ut igitur Chronologiam suam per annos Christi propagatam, sed uno, vel altero anno communem epocham antecedentem, cum aetate vulgari in concordiam adducerent, alii duos annos, alii unicum de Fastis expunxerunt. quod in illa temporum & Consulatum collatione tam factu facile fuit, quam animadverti difficile. propterea quod paucissimi sunt, qui in illas se tricas annorum, & aetate praesice excutiendas audeant committere. plerique vero trita pedibus aliorum vestigia persequi malunt, quam inquirendi veri molestia cruciari. Sed haec quae dixi, ut verissima sunt, sic ab historia, Chronologiaque studiose minime negligenda: ejusmodi certe sunt, ut, quemadmodum ea haecenus explicavimus, à mediocribus etiam ingenii percipi, comprehendique possint.

Ad summam ab anno Christi xlv. quo Tiberius inii, ad annum Christi cclxxxiv. Carino ii. & Numeriano ii. Coss. paria Coss. cclxx. intercedere debent. In Annalibus Baronianis non nisi cclxxviii. in Onufrianis cclxxx. censentur. Item post annum Christi cccxii. quo Alexander Mammæ F. cepit imperium, ut ex Hippolyti Canonio planum fecimus, sexagesimum secundum par Consulatum est Carinus ii. & Numerianus ii. annisque Christi cclxxxiv. itidem sexagesimus secundus. At in Baronianis Annalibus Consulatus tantummodo sexaginta; in Onufrianis uno amplius decurrunt. Quoniam ergo eundem omnes annum Christi ducentessimum octuagesimum quartum, & trecentessimum sexagesimum quartum putant, uti in Baronianis, quod est dictum, Annalibus Consulatus duos exemptos; unum in Onufrianis dissimulatum esse constat, ita quinam maxime praeteriti sint, in tanta Factorum discordia definiri vix potest. Sed ut nostram de re tota conjecturam ac sententiam aperiamus, laterculum hic describetur Consulatum aliquot, variis ex Fastis excerptum; ut eorum inter se consuetudo, & quos mancos ac defectos esse diximus, vitii in illis locus ipsa comparatione designetur. Quadruplicem igitur Consulatum seriem subjecimus. Prima ex Idatii Fastis, quae eadem est cum Onufrianis, nisi quod Probus, & Paulinum Coss. ordinariorum Idatii agnoscat, quos praetermittit Onufrius. Secunda est Fastis Siculis, sive Alexandrino Chronico. Tertia ex Cassiodoro. Quarta ex Baronii Annalibus.

LATERCULUM CONSULATUUM ALIQUOT VARIIS à Fastis excerptum.

Table with 4 columns: Ex Idatio, & Onufrio; Ex Fastis Siculis; Ex Cassiodoro; Ex Baronio. Rows list years and corresponding consuls from various sources.

Cum Idatianis conveniunt & Victorii Aquitani Fasti, qui in vetustissimis P. Sironidi membranis leguntur; nisi quod & Coss. nomina depravata sunt, & pro Lupo collega Probi in ii. Consulatu, Paternus ponitur. Onufrius Probum & Paulinum suspectos esse, non ordinarios credit, ob idque praetermisit. quos reliqui omnes in serie collocarunt. Porro nos Onufrium ab aetate vulgari uno anno discedere aetate Dionysiana suo loco diximus; Baronium autem, biennio. unde ambos inter illos unius anni discrimen esse debet. Verum Onufrius anno Christi cclxxiv. Coss. Decium iiii. & Gratum ii. praeteriit, quos Baronius posuit. ex quo factum, ut biennio deinceps à Baronianis illius Fasti dissideant. Post Consulatus duos inculcavit; nempe anno cclxx. Æmilianum, & Bassium: anno cclxxi. Sæcularem, & Donatum; qui in Baronianis praetermissi sunt. Ita ambo quidem inter se concordet, Dionysianam, & vulgarem aetatem biennio morantur; donec ad Probum Imperatorem perventum est, ubi biennium uterque tacite dissimulavit. De altero anno, qui omissus est, satis constat. Nam Paulum, & Paulinum Onufrius; Baronius Probum & Lupum praeteriit. At quodnam par alterum Coss. in illorum Fastis desideretur, id vero difficile est conjicere. Nec in horum tantum duorum tabulis, sed in ceteris unum aliquod par Consulatum deesse videtur. Sunt qui Probum, & Ælium Scorpianum inculcandum putant post Tacitum, & Æmilianum. Ita Temporarius, & Calvisius. Sed ei sententiae Vopiscus refragatur historia. Hic enim eodem anno quo Tacitus obiit, ac Florianus ejus loco provectus est, Ælium Scorpianum Consulatum fuisse scribit, & litteris à Probo, postquam renunciatus est Imperator, acceptis, de eis ad Senatum retulisse. Tacitus imperare cepit Septembris mense: sex porro mensibus imperium tenuit, Florianus mensibus duobus. Igitur Junio circiter Probus Imperator acclamatur, eodem anno, quem Consules Tacitus & Æmilianus aperuerunt. Testatur hoc Probus ipse scribens ad Senatum his verbis. Restat, atque ordine P. C. proximo superiore anno factum est, ut vestra clementia orbi terrarum principem daret, & quidem de vobis, qui & estis mundi principes, &c. Tacitum intelligit, qui imperium à Senatu meruit. Quocirca proximo anno, quam Tacitus electus est, id est eo ipso, quo mortuus est, Probus à militibus renunciatus est Imperator. Atqui eodem anno Tacitus, & Æmilianus Coss. notantur in Fastis. Cum igitur Ælius Scorpianus eo tempore Consul fuerit, quo Probus imperium obtinuit, necesse est susceptum illum fuisse, non ordinarium. Sane Probum & Scorpianum, neque Idatius, neque Victorius,

neque Fasti Siculi, neque Cassiodorus agnoscunt. Sed nihilominus par unum Coss. in Fastis vulgaribus inferendum arbitror, sive Imperatore Probo, sive alio quopiam. quod nominatum concipere, propter Consulatum in illis depravata vocabula, minime possumus. Atque hoc ex annis ipsis condita Urbis, qui apud Onufrium adnotati sunt, cernere licet. quorum summa uno anno deficit. Etenim Varroniana Palilia in Fastis suis adhibuit, quae anno tertio Olympiadis sextae congruunt, qui est à vulgari Christi natali septingentesimus quinquagesimus tertius, Periodi Julianae 3961. Igitur annus Christi xlv. quo Coss. fuere duo Sexti, Urbis est dclxxvii. & annus Christi xlv. Coss. Vinicio, & Statilio, est ab Urbe condita annus dcccxxviii. quemadmodum in Onufrianis Fastis recte comparantur. Proinde Christi annus cclxxxiv. debet Urbis esse mxxxvii. Est autem apud Onufrium Urbis mxxxvi. Sic annus Christi cclxxv. qui ex Varroniana putatione est ab Urbe condita mxxvii. ab Onufrio numeratur mxxvi. Quare unum par Coss. in Fastis Onufrii desideratur. Et quamvis circa Probi tempus, & initium Diocletiani annos Christi, quos ante Dionysianam aetatem inchoaverat, cum hac ipsa conciliaverit: in annis tamen Urbis per imprudenciam peccavit, & à Varronianis calculis ad Capitolinos descendit.

Scaliger ad annum Eusebianum mcccxi. putat Onufrium ad annum illum, quo ludi seculares Philippis duobus Coss. instaurati sunt, qui est ab Urbe condita m. Christi cclxxviii. unum par Coss. suspectorum ab Onufrio pro ordinario positum, eo quod unius anni metachronismo peccat. deinceps autem ad Philippum, & Saliam Coss. qui est annus Christi cccxviii. unum par ordinariorum expunctum esse. Horum prius est falsum. Neque enim in Consulatum numero praecipue ibi peccat Onufrius; sed in iisdem cum aetate Christiana comparandis; quam uno anno praeverit. Posterius autem verum esse, ex annis Urbis colligitur. Nam Victorius locus ille, quem producit Scaliger, non valde rem conficit.

Redeo jam ad Probum Imperatorem; quem quidem militaribus suffragiis electum esse convenit anno illo, quo Coss. adscribuntur Tacitus & Æmilianus; qui est annus Christi cclxxxvi. Imperavit annis, qui est Vopisco placet, v. Eutropius vero annos vi. menses iv. tribuit. Aurelius Victor à P. Schotto editus, cis sextum annum interfectum asserit. Eutropio assentitur Eusebius, & Cassiodorus. Sed & Julianus in Caesaribus septimum annum inchoasse confirmat, quod & probabilius est. Obit enim Probo v. & Victorino Coss. Octobri circiter mense.

Quare A a 3

Quare castigandus est Idatius dum Probo, & Paulino Coss. occisum esse Tacitum refert. Hac ratione biennium ferè Tacito tribuendum esset, quem sex mensibus tantum imperasse constat. Sed neque Consulem fuisse Probum, antequam Imperator fieret, existimamus. Si quidem Tacitus apud Vopiscum ad Probum scribens, epistolam ita concludit. Tenim manet pro virtutibus tuis Capitolina palmata. quibus verbis significat, ante hoc tempus Consulem non fuisse Probum; atque id demum egregiis illius meritis esse concessum. Quocirca Fasti illi, quos in Annalibus Baronius secutus est, mendosi sunt, in quibus bis Consul Probus est, antequam Tacitus imperaret. Melius apud Idatium, & in Fastis Siculis, atque Cassiodori inter Probi Consulatus Tacitus non interponitur, qui tamen perperam à Cassiodoro prætermittitur.

Postremo de errore vulgari, qui Vopisci codices omnes occupavit, in Animadversionibus Epiphani admontimus. Ibi enim scriptum est Elium Scorpionum Cof. eo anno, quo Probus imperium cepit, tertio Nonas Februariarum ad Senatorem de eodem Imperatore retulisse. quod eo tempore fieri nullo modo potuit; sed Julio vel Augusto mense. Itaque tertio Nonas Augustas referribendum videtur.

CAPUT XXX.

De Cari, Carini, ac Numeriani primordiis.

PROBO Imperatore à militibus extincto, M. Aurelius Carus imperium adeptus est, anno ab Urbe condita MXXXV. Christi cclxxxii. qui statim duos liberos, Carinum, & Numerianum, Cæsares nuncupavit. Perperam verò nonnulli Cari primordium in annum Christi cclxxxii. conferunt: obitum autem in annum cclxxxiv. quo Carinus II. & Numerianus Coss. notantur. Sed cum idem Diocletianum Palibus ipsis, id est XI. Kal. Maii, post Numeriani necem iniisse censent, ex eo sequeretur, Carum vix quinque mensibus imperasse. Etenim Probus, qui IV. menses supra VI. annos imperium tenuit, occisus est mense circiter Novembri. à quo ad Pallia sequentis anni menses sunt v. cum diebus aliquot, quo intervallo Carus & Numerianus imperarunt. quod sane nimium est angustum. Quocirca necesse est initium Cari ad annum referre Christi cclxxxii. Eutropius tribus illis biennium attribuit. Ita & Eusebius, Epiphanius, Orosius, Cassiodorus. Quo mense Carus occiderit, incertum est. In veteribus Inscriptionibus Tribunitia potestas bis Caro tribuitur, apud Gruterum, pag. 277. & 278. Nam tres priorem Tribunitiam potestatem indicant: IMP. CÆS. AVG. CARO. PIO. FEL. INVICTO. PONT. MAX. TRIB. POT. P. P. PROCOS. altera eidem dat TRIB. POT. II. Proinde secundum annum inchoasse videtur. est id ex eo necessario non sequitur, ac, si qua fides est Ecclesiasticis Annalibus, paucis mensibus imperavit. Rursus in Eusebianis Animadversionibus Scaliger querit, qui verum sit, quod in Carino Vopiscus refert, Carini, & Numeriani imperium memorabile maxime istud habuisse, quod ludos Romanos novis ornatis spectaculis dederint. Atqui Numerianus Eufraatensi provincia pedem post obitum patris non extulit. Igitur ab uno tantum Carino ludii illi dati sunt. Item, Olympius Nemesianus Cynegetica sua Carino dicat, Caro jam mortuo, ut ipsemet verbis suis indicat. Vivente autem Numeriano hac eadem à se scripta esse significat. Hac Scaligeriana dubitatio minimo negotio discutitur potest. Sive enim Carus secundum annum inchoaverit, & ad Januarium, Februariumve anni cclxxxiv. pervenerit; sive anno ipso cclxxxiii. nondum ineunte anno imperii secundo, decesserit; Numerianus menses aliquot imperavit. quo intervallo ludii Romæ Carini, & Numeriani absentis nomine edi celebrarique poterunt. ac Cynegetica sua interim Carino Nemesianus inscripsit. Neque enim Numerianum ipsum Romæ tum fuisse, & ludis illis, qui nomine suo edebantur, interfuisse necesse est; neque hoc Nemesianus significat, ut suspicatur Scaliger. Sed præsentem videre Numerianum oportet aliquando, cum ita canit,

Ad annum MCCCXCV

Solvitur nodus Scaligeri propositus.

Jam gaudia nota
Temporis impatiens sensus, spectorque morarum
Præsumit: videorque mihi jam cernere fratrum
Augustos habitus, Romanæ, clarumque Senatium.

Hæc optantis poetæ, non rem factam describentis verba sunt. Quæ si attentius legisset Scaliger, & antecedentia carmina considerasset, numquam suspicatus esset Nemesianum dicere, post parentis obitum, Romam adventisse Numerianum, ac ludis iisæ cum fratre præfuisse. Nam contrarium paulò antè demonstrat, Numeriani videlicet absentiam; cum amorum fratrum res gestas propediem celebraturum se pollicetur, cum primum Numerianum viderit.

Hæc nobis nostræ libabunt carmina Muse,
Cùm primum vultus sacros, bona numina terra
Conterigerit vidisse mihi.

Quod ad Carinum spectat, is Diocletiano jam imperium adepto vixit aliquanto tempore, & cum eo diversis præliis conflavit. quo verò anno perierit, etsi nemo diserte conceperit; probabile est tamen ipsum annum Christi cclxxxv. è medio esse sublatum. quod ex iis, quæ de Diocletiani epocha subinde dicentur, aditru potest.

DE INITIO DIOCLETIANI.

CAPUT XXXI.

Quæ de hac epocha Scaliger lib. v. de Emendatione & in Animadversis. Eusebii atque Ifigog. Canon. scripserit, excutuntur, ac refutantur.

NULLA veterè in Ecclesia illustrior æra fuit, quam quæ ab initio Diocletiani petitur; à qua Christiani quondam annos suos putare consueverant. De hac perplexa est, & inconstans doctrina Scaligeri, cujus in libro de Emend. v. hæc ferè est summa. Post multas de Paschatis celebritate visitationes, primos omnium ait Ægyptios Enneadecaeteridem Paschalem instituisse anno Actiaco cccxiv. cujus Neomenia incidit in annum Christi Dionysianum cclxxxiv. Probo August. II. & Furio Lupo Coss. triennio ante initium Diocletiani. Hic enim cepit anno Christi cclxxxvii. Periodi Julianæ 5000. Olympiad. cclxvi. anno II. cyclo Lunæ 111. Solis XVI. quod quidem & Orosium testari putat, cum anno ab U. C. MXXI. Diocletianum Imperatorem dicit electum. hoc est annus Urbis MXXI. incipiebat ab illis Palibus Varronianis, à quibus ipse Diocletianus inivit. Sed & Eusebius rectè ad annum II. Olymp. cclxvi. initium Diocletiani posuit. Errat igitur quisquis æram Martyrum Diocletianeam esse initium imperii Diocletiani existimat. Hæc in lib. v. de Emend. in Animadv. Eusebianis ad annum MCCC. peccare dicit Eusebium unius anni metachronismo, si à Kal. Januarii ex Romano usu ordiamur, & amplius, si æra Diocletianæ ratio habeatur ex XXX. Augusti, numero MCCC. Inde enim est exordium anni Ægyptiaci Ægyptiorum Christianorum. Sed Ecclesiæ, pergit idem, Græcæ, & Latinæ, incipiunt annos Diocletiani in vetustissimo Paschali à Mario numeri MCCC. Maximo II. & Aquilino Coss. At Ægyptiis, sive Elcupti, à XXX. Augusti, numeri, ut diximus, MCCC. Diocletiano II. & Aristobulo Coss. Hæc enim æra non est instituta ab initio Diocletiani, sed ad methodum aurei numeri. Mox: Sane secundum Dionysium, & Ecclesiæ Latinæ institutum, ab Incarnatione ad primum annum numeri aurei Diocletiani sunt anni cclxxxiv. absolvi; & annus cclxxxv. est primus Diocletiani à Martino. Denique libro II. Ifig. Canon. Diocletianum annos dumtaxat XIX. pag. 295. imperasse scribit, & ultimum eorum convenire in annum Christi cccv. primum verò iniisse ab anno Christi cclxxxv. (malè à Typographo editum est cccv.) quatuor annis solidis post initium æræ Paschalis Ægyptiorum. At errare Chronologos, qui quod æræ principium est, id imperii constituent initium.

Tribus illis in locis neque vera, neque sibi consentanea desinit. Prius itaque de pugna, & conflictu; postea de

de falsitate dicendum. In lib. v. de Emend. Urbis annum MXXI. à Palibus incipere docet, quæ cadunt in annum Christi cclxxxv. Periodi Julianæ 5000. & secundum Olympiad. cclxvi. Atqui primus annus Urbis condita Varronianus cepit anno Periodi Julianæ 3961. cyclo Lunæ IX. annum Christi cclxxxv. est Periodi Julianæ 5000. cyclo Lunæ 111. Ab anno 3961. ad 5000. non plures sunt, quam anni 1040. ita ut millesimus quadragesimus inierit à Palibus anni Periodi Julianæ 5000. Christi 287. Non erat igitur annus iste millesimus quadragesimus primus. Præterea nec illud coheret, annum Urbis Varronianum MXXI. cum anno secundo Olympiadis cclxvi. concurrere. Est enim annus ille Urbis in Per. Jul. 5001. anno Christi cclxxxv. qui desit annus tertius Olympiadis cclxvi. & quartus inivit. Quin & Eusebius cum anno primo non secundo, Olympiadis cclvi. primum annum Diocletiani composuit. Illud verò palmare, quod anno Christi cclxxxv. Coss. fuisse dicit Probum II. & Lupum, qui cclxxxv. anno Christi congruunt. Septem itaque annis aberrat.

In Euseb. Animadv. persequitur conturbat. Euseb. annum primum Diocletiani comparat cum Abrahami MCCC. Scaliger metachronismo esse dicit unius anni si à Kal. Jan. numeremus; & eo amplius, si à XXX. Aug. Quare secundum Romanos, qui à Kal. Jan. ordiuntur; initium Diocletiani congruet Euseb. numero MCCC. at secundum Ægyptios, qui à Thoth, sive XXX. Aug. incipiunt, numero MCCCXIX. Falsò igitur subjecit, Latinam, Græcæque Ecclesiæ incipere à Martio numeri MCCC. alioqui metachronismo Eusebianum sequerentur, quod non putat Scaliger; qui è contrario hunc ipsum metachronismo ex Græcorum, & Latinorum epocha corrigi. Annus Eusebii MCCC. additis ex perpetua regula 2696. inivit ab Autumno anni Periodi Julianæ 4997. qui est Christi cclxxxiv. Quare Diocletiani primordium rectè ab Eusebio confertur in annum illum Abrahami. Sed Consulatum par unum ab anno natali Christi ad Diocletianum prætermissum est in editione Græcæ. Etenim Eusebius natum Christum putat anno tertio Olympiad. cxciv. Coss. Augusto XIIII. & Plautio Silviano, qui est annus Periodi Julianæ 4712. Æram itaque Christi uno anticipavit anno: adeoque à primo anno Christi Eusebiano ad eum, quo Coss. notantur in Græco Chronico Diocletianus & Aristobulus, id est ab Abrahami MXXVI. ad MCCC. Consulatum paria debent esse cclxxxvi. At non plura sunt, quam cclxxxv. Unus ergo Consulatus expunctus est; nempe Probi & Paulini. Ita fit, ut cum æra Dionysiana deinceps Eusebii Chronicon consentiat; quod ad Consulatum cum annis Christi concordiam spectat. At in annis Abrahami sibi non constat. Diocletianus enim, & Aristobulus ad annum MCCC. adjungendi fuerunt; qui quidem annus inivit anno Periodi Julianæ 4997. Christi cclxxxiv. ab Autumno; ejusque pars maxima Christi anno cclxxxv. respondet; in quem cadit ille Consulatus. Sed neque Consules, neque annos Christi Eusebius adnotat. & qui Consules in Græca farragine adjunxit Scaliger, contra Eusebii mentem illos adscripsit. Hinc apparet Ægyptios quidem ab anno Abrahami MCCC. exeunte Diocletiani æram incipere. Hic enim annus inivit Periodi Julianæ 4996. Christi cclxxxiv. ac Septembri mense desit (si quidem Eusebius Syromacedonum popularium suorum initio utitur, à Kal. Octobris. Nam si Alexandrinos sequitur, æra Diocletiani cœperit anno Abrahami MCCC. in eunte) Consulibus Carino II. & Numeriano; non autem Diocletiano II. & Aristobulo, ut ait Scaliger.

Qui & in Indictione peccat, dum anno illo, quo Novilunium accidit primo die Thoth, id est XXX. mensis Augusti, Indictionem IV. iniisse dicit mense Septembri. Hic est annus æræ Christianæ cclxxxiv. qui Coss. Carino II. & Numeriano signatur in Fastis, Indict. II. ac Septembri cœpit Indictio III. Itaque cclxxxv. unius anni tam in Consulibus, quam Indictione lapsus imperasse scribit, & ultimum eorum convenire in annum Christi cccv. primum verò iniisse ab anno Christi cclxxxv. (malè à Typographo editum est cccv.) quatuor annis solidis post initium æræ Paschalis Ægyptiorum. At errare Chronologos, qui quod æræ principium est, id imperii constituent initium.

Tribus illis in locis neque vera, neque sibi consentanea desinit. Prius itaque de pugna, & conflictu; postea de

æræ Paschalis Ægyptiacæ. quæ est nova sententia, & à priori lib. v. de Emendat. Temp. diversa. Hac enim ratione primordium illius incurrit in annum Christi cclxxxv. II.

Sed Cassiodori gravis imprimis error castigatione dignus est, quem imprudenter secutus Scaliger in eam opinionem delapsus est, ut anno Christi cclxxxv. vel cclxxxv. II. Diocletiani conferret initium. Cassiodorus ergo Diocletiano, & Aristobulo Coss. Probum occisum esse scribit, & Carum cum filiis successorem habuisse, annis duobus. Mox Diocletiano II. & Aquilino Coss. Carum petiisse dicit: ac denique Diocletiano II. & Maximiano Coss. Numeriano, & Carino sublatis, imperasse Diocletianum, quæ sunt inquinatissima, & absurda. Neque enim superstitè Probo Diocletianum cum Aristobulo Consul fuit; uti nec Augustus. Porro Diocletianus, & Maximianus Coss. fuerunt anno Christi cclxxxv. II. à quo Diocletiani primordium Scaliger arcessit. In quo summa est hominis à seipso dissentio. Etenim Ammiani testimonio utitur in Eusebianis Animadversionibus, quo nullam opinionem suam magis adversatur. Sed Scaligerum ipsum præstat audire. Porro à Diocletiano Augusto II. & Aristobulo Coss. ad tempora Juliani Apostata, nullum hominem privatum ulli Augusto collegam fuisse scribit Ammianus in libro III. hoc est per annos cclxxxv. I. solum Julianum Augustum IV. Coss. habuisse collegam Sallustium hominem privatum. Atqui vel hic ipse locus Ammiani Scaligerianum convincit errorem. Consulatus enim Juliani quartus cum Sallustio collega anno Christi congruit cclxxxv. de quo deductis annis cclxxxv. reliqui sunt anni cclxxxv. Quare non anno cclxxxv. II. Diocletianus imperare cepit, quod opinatur Scaliger; qui imprudens Ammiani contra se testimonium adduxit. Nam & in eo refragatur ipsi; quod Ammianus in illo Consulatu, quem cum Aristobulo gessit, Augustum fuisse Diocletianum asserit: Scaliger verò Diocletianam æram, quæ à Coss. Diocletiano II. & Aristobulo sumitur, non instituit ab initio Diocletiani, sed ad methodum numeri aurei. Qui quidem in Canonibus Ifigogicis Diocletiani primordium rejicit in annum quartum à Coss. Diocletiano II. & Aristobulo. Quis tam adversari alteri potest, à quo maxime dissentiat, quam sibi est Scaliger ipse contrarius? Nam annos ab eo tempore, quo Augustus cœpit esse Diocletianus, cclxxxv. II. putat ad annum Christi cclxxxv. & tamen nonnisi post annos quatuor ab eodem illo anno imperare cœpisse confirmat.

Error Cassiodori

Ad ann. MCCC.

si quis quædam non videt

CAPUT XXXII.

Annus ac dies, quo Diocletianus imperare cepit, probabiliter ratione constituitur adversus inveteratam Chronologorum sententiam.

QUI Ammiani locum illum legerit, cujus paulò supra meminimus, minime is quidem dubitabit, quin eo ipso Consulatu, in quo collegam Aristobulum habuit, Augustus, & Imperator Diocletianus existeret. Julianus verò, inquit ille, jam ter Consule adscito in collegio trabes Sallustio Prasæto per Gallias, quater ipse amplissimum inierat Magistratum; & videbatur novum, adjunctum esse Augusto privatum. quod post Diocletianum, & Aristobulum nullus meminerat gestum. Est autem annus iste procul dubio æræ Christianæ cclxxxv. Quem proximè Carini, & Numeriani Consulatus antecessit; in quo Fasti omnes consentiunt, Idatii, Victorii, Cassiodori, Siculi, Onufriani, Baroniani. Atqui non anno ipso, quo Consul II. fuit cum Aristobulo, sed præcedente videtur imperator esse factus. Ut enim Ammianum præteream: cujus verba sic interpretari licet; uti nondum quidem Augustus fuerit, quando Consulatum iniit; sed postea sit factus: ut, inquam, de Ammiano tacèam, ex veteri certe Inscriptione colligas anno superiore, quam cum Aristobulo Consulatum capesseret, Augustum, & Imperatorem fuisse. Exstat apud Gruterum pag. 284. quæ Diocletianum Cof. II. & Trib. Pot. II. nominat. Ex quo sequitur Tribunitiam potestatem primo anno ante, quam Consulatum secundum gereret, consecutum fuisse. Consulatus secundus cadit in annum Christi cclxxxv. Ergo Tribunitiam potestatem primam est

est adeptus anno cclxxxiv. Idatius in Fastis Diocletianum 11. & Aristobulo Coss. Occisus est, inquit, Carinus Margo: Et levatus est Diocletianus Imperator; qui ipso anno cum Aristobulo Consul processerat. His verbis ostendit, adhuc privatum fuisse Diocletianum, quando Consul cum Aristobulo collega annum aperuit: & eo labente Consulatu ad imperium esse proventum. Sed huic vetus illa refragatur inscriptio. Quinetiam Alexandrinum Chronicon, antequam secundum cum Aristobulo Consulatum caperet, Augustum jam fuisse Diocletianum indicat. Nam ante Coss. istos verba illa posuit. Διοκλητιανὸς ἀναγορεύθη πρὸς τὴν Καλαυδῶν Ὀκτωβρίων ἐν Χαλκιδῶνι, εἰσάγων εἰς Νινυμφαίαν πρὸς τὴν Καλαυδῶν Ὀκτωβρίων, πρὸς τὸ πρῶτον, καὶ Καλαυδῶν Γενναίου ἀποστράφειν ὄντα. Diocletianus Imperator xv. Kalend. Octobris Chalcedone renuntiatus, v. Kalend. Octobris Nicomediam purpuratus intravit, & Kalend. Jan. Consul processit. Non auro contra carus est hic locus, quo veram Diocletiani epocham docemur: quam haud scio an alius Scriptor expresserit. Nimirum ab a. d. xv. Kalend. Octobris anni Christi cclxxxiv. Diocletianus imperare cepit. quamvis in Fastis Paschalibus ab anno sequente annos illius ordirentur. Subjungit enim Chronicon idem Coss. Diocletianum 11. & Aristobulum. ad quos ista notat: ὡς τὸ πρῶτον ἡ πόλις οὐκ ἔστιν ἀναγορεύθη ἔτι εἰς τὸ Παρολίον. Ab his Coss. Diocletianus anni in Paschali digeruntur. Mea haec sententia est: Diocletianum statim post occisum Numerianum ab Apro sofero à militibus Imperatorem esse factum, anno cclxxxiv. Sed cum Carinus superstes adhuc esset; nondum pacificè, ac sine competitore, nec ubique Diocletianus imperabat; donec multis praeliis cum Carino gestis, eo interfecto, solus imperium tenuit, anno cclxxxv. quo novum veluti primordium habuit imperii: quando scilicet ab iis etiam provinciis, & exercitibus Imperator salutatus est, quibus haecenus Carinus praefuerat. Quò mihi respectivè videtur Idatium, dum Coss. Diocletiano 11. & Aristobulo, levatum dicit esse Diocletianum. Hoc enim de Occidentalibus provinciis post Carini necem intelligi potest. At in Oriente, ubi Carus & Numerianus extincti sunt, anno superiore iam imperium ceperat. ut antea demonstravimus.

Quo die imperium aufpicatus sit Diocletianus.

Nunc quo die primum inierit, attentius exploremus. Fuit haecenus Chronologis plerisque, & Annalium, historiarumque scriptoribus sine ulla dubitatione persuasum; Diocletianum Palilibus ipsis, id est xi. Kalend. Maias à militibus Imperatorem esse salutatum. Id ab Oratore Gallicano veteri, Claudio Mamertino in Panegyrico, quem Maximiano dixit, proditum esse, docuit Onufrius in Fastis; & in eadem opinionem Scaligerum, Baronium, & innumerabiles alios, meque adeo ipsum aliquando perduxit. Sed cum & Alexandrini Chronici de Diocletiano; & Idatii, de Maximiano testimoniis initio leviter commotus, qui alios, quam qui ab Onufrio ex Panegyrici istius auctoritate tribuunt, natales imperii dies ambobus Imperatoribus statuunt; illum ipsum Panegyrici locum accuratius observassem; animadverti nihil ex eo posse tale concludi, cuiusmodi auctores illi suspicati sunt. Hoc autem est: eundem Urbi, qui & illis imperii, fuisse natalem. Panegyri verba sunt. *Revera enim, sacratissime Imperator, merito quovis te, tuamque fratrem Romani imperii dixerit conditores. Estis enim, quod est proximum, restitutores: & sit licet hic illi urbi natalis dies, quod pertinet ad originem populi Romani; vestri imperii primi dies sunt principes ad salutem.* Nego ullam iis in verbis litteram esse, qua probari possit, Diocletianum, aut Maximianum Palilibus ipsis Imperatores esse factos. imo verò diversos ibidem aie dies illos constitui, & κατ' ἀνάγκην cum primo die Romae conditae, primos Imperatorum illorum comparari dies; qui tam ab Urbis natali, quam à se mutuo differre vel in Panegyrico significantur; vel si ita quispiam sentiat, ab eo deduci testimonii illius auctoritate non potest. Respicant itaque deinceps Chronologi omnes, & hanc de primo Diocletiani imperii die ἀποστράφειν tam levi, imo nullo argumento subnixam deducant, ac meliore commutent. Gratia verò Alexandrino illi Chronico debentur: cujus auctor ex Actis publicis diem nobis designat, quo primum Chalcedone Diocletianus Imperator esse appellatus: nimirum xv. Kalend. Octobris, anno Christi cclxxxiv. quod statim à Numeriani caede contigit; qui post Cari pa-

rentis obitum, ex Oriente, ac Perside rediens, à socero in itinere esse interfectus; recenti adhuc Cari funere; cui pius juvenis praefer modum illacrymans, ocularem in morbum inciderat.

CAPUT XXXIII

De initio Maximiani Herculii, & Fastorum varietate.

PRÆCIPUA quaedam est de huius primordio, nec satis explicata quaestio. Vulgo quidem Maximo 11. & Aquilino Coss. in collegium imperii adoptatum à Diocletiano Maximianum existimant. Idatius; *Hic Coss. levatus est Maximianus Imperator senior die Kal. April. Hic notanda dies, qua Maximianus ad imperium assumptus est.* Frustra enim haecenus crederetur, Pallibus id accidisse. de quo proximè superiori capite diximus. Sed annus ipse valde est incertus. Chronicon Alexandrinum Diocletiano 111. & Maximiano Aug. Coss. communicatum Maximiano refert imperium à Diocletiano, tertio imperii anno. Hic est annus Christi cclxxxvii. at qui ab Idatio praefinitur, est cclxxxvi. Cassiodorus Basio, & Quintiano Coss. qui est cclxxxix. Plerique Maximo 11. & Aquilino Coss. Maximianum adscitum volunt anno cclxxxvi. Ita Onufrius, & Baronius, qui ex numis veteribus id affirmat. In enim apud Occonem Maximiano Consul Tribunitiam potestatem II. vendicant IMP. MAXIMIANUS PIUS, AUG. P. M. YR. P. II. COS. P. P. Porro Consulatus ille Maximiano competit anno Christi cclxxxvii. Verum communi illi sententiae refragatur vetus Inscripcio apud Gruterum pag. 280. quae Diocletiani in secundo Consulatu collegam tribuit Maximianum Augustum. MAXIM. AUG. . . . N. DIOCLETIANO II. COSS. SUB FELICE PROC. AUG. N. THERM. ANTONIANARUM. Hic in secundo Consulatu collegam Diocletianum habuit Maximianum Augustum. at in Fastis omnibus in eo Consulatu collega Diocletiani ponitur Aristobulus. Cassiodorus quidem primum Diocletiani Consulatum cum numerat, quem cum Aristobulo gefsit; secundum verò cum Maximiano copulat. Sed utrumque privato adhuc Diocletiano contigisse falso putat. reliqui Fasti cum Aristobulo secundum Consulatum Diocletianum comparant. in primo verò, quem privatus scilicet obtinuit, collegam eidem Basium Fasti Siculi tribuunt. Quamobrem cum ex antiquis illis Inscripcionibus Diocletianum appareat in secundo Consulatu Tribunitiam potestatem secundum habuisse, & collegam in eodem Maximianum; consequens est, Diocletiani Consulatum 11. cum Maximiano collega ante Maximum & Aquilinum Coss. incidisse, adeoque anno Christi cclxxxiv. quo Tribunitiae potestatis perinde ut imperii secundum annum Diocletianus iniiit. At nescio an Diocletianus Consulatum secundum cum Aristobulo iniiit, cum Maximiano jam in Imperium adoptato, suffecioque continuaverit.

Quamquam in Fastis Idatii, Cassiodori, Victorii primus Maximiani Consulatus Diocletianum 111. collegam habet, anno Christi cclxxxvii. secundus anno sequenti Januarii. At Onuphris, & Baronius, nec non Temporarius cum Diocletiano 111. Maximianum 11. Cof. comparant. Calvisius autem Diocletiani primum Consulatum cum Aristobulo, anno cclxxxv. secundum cum Maximiano 1. anno cclxxxvii. composuit. Sed antiqui omnes Fasti Diocletianum 11. Cof. & Aristobulum exhibent; itidemque Diocletianum 111. & Maximianum. Quod autem Diocletianus 111. cum Maximiano 11. Consul fuerit, ex antiquo illo lapide concludi potest. Si enim Diocletianus in secundo Consulatu Maximianum collegam habuit, eundem secundum Cof. in tertio sortitus est. Atenim alia est Inscripcio, quam producit Onuphris; DIOCLETIANO 111. ET MAXIMIANO COS. in qua Consulatus 1. Maximiani ad Diocletiani tertium adjungitur. Hic haereo, nisi aliunde subsidium advocetur. Panegyricus Maximiano & Constantino Augustis dictus asserit Maximianum vicefimo anno Imperatorem, octavo Consulatum imperium abdicasse. Te, inquit, rursus vicefimo anno Imperatorem, octavo Consulatum ita ipsa complexu quodam suo Roma voluit detinere. Et subinde: Non potuisti resistere Janeta illius parentis imperio, & innotuit licet parvulus; & te illis vigiliis, illisque curis, quas viginti annis experius fueras reddidisti.

reddidisti. Ad haec Aurelius Victor à Schotto nostro vulgatus, Diocletianum celebrato regni vicefimo anno curiam, ait, abiecitse Republica & in sententiam Herculum egre tradidisse; cui anno minis potentia fuerat. Annus, quo uterque se imperio abdicavit, est ccciv. erae Dionysianae, Diocletiano 1x. & Maximiano viii. Coss. quo annus Diocletiani vicefimus absolutus est xv. Kal. Octobris, cum primus anno cclxxxiv. iniisset. Maximianus ergo, qui uno anno minis imperavit, & post decimum nonum absolutum, vicefimum inchoavit ex a. d. Kal. April. imperare cepit anno cclxxxv. Diocletiano 11. & Aristobulo Coss. Alioqui si Maximo & Aquilino Coss. anno cclxxxvi. iniiit, ut vulgaris fert opinio, nonnisi xviii. imperavit annis, biennio minis quam Diocletianus. Totidem certe in Alexandrino Chronico tribuuntur. Sed Panegyrici veteris, & Aurelii Victoris gravior est auctoritas. Panegyricus porrò vicefimum annum Maximianum putat à Kalendis Januarii anni ccciv. cum nonnisi xix. ab imperii epocha confectus esset.

Ex iis omnibus efficitur; Maximianum Augustum & Imperatorem esse factum anno Christi cclxxxv. Diocletiano 11. & Aristobulo Coss. & huic, quod quidem apparet, Consulatum esse successum. Hoc ut à communi opinione remotum est, ita veterum marmorum, & primariorum Scriptorum testimonio suadetur.

CAPUT XXXIV.

De persecutione Diocletiani.

DIOCLETIANUS, & Maximianus postremis annis imperii sui diram in Christianos persecutionem exercuerunt. Hanc cum Eusebius in Chronico, & in Historia Ecclesiastica testetur mense Martio, decimo nono anno Diocletiani, ac diebus Paschae contigisse, anno primo Olympiadis cclxxi. Scaliger in lib. v. de Emendat. anno Christi cccv. eam assignat cyclo Lunae 2. Ut enim Pascha incidere in Martium, hoc non potuit accidere, nisi terminus Paschalis fuisset in Martio. Anno igitur cccv. Pascha in xiv. incidit, cyclo Solis vi. lit. G. Martii xxv. Est ergo locus illustis, inquit, quo probamus ante canonem Nicenum παλαιά ἀναστόμωσιν concurrisse cum Termino. Error igitur in Chronico Eusebii. Non enim anno primo Olympiadis cclxxi. qui quidem annis cepit à cyclo 11. sed eodem anno Juliano hoc contigit: à cuius diebus aetivis cepit annus primus Olympiadis cclxxi. Itaque nondum inceperat annus xix. Diocletiani. Deerat enim mensis ad Palilia, unde initium Diocletiani. Ecclesia igitur subversae sunt in Pascha illius anni, in quo cepit annus xix. Diocletiani à sequentibus Palilibus, annus autem primus Olympiadis cclxxi. à diebus aetivis. Mox eo quod Eusebius dicat, sine anni, quo Antiochenes putabant annos cccli. ceptum proscriptioibus innocentium cadibus martyrum crudeliter saviri, concludit id accidisse anno cccv. editionis Julianae, cyclo 11. cum persecutio ab eo autumno ceperit, à quo annos cccli. Antiochenes putare ceperunt.

Denique si anno cclxxxvii. cyclo 111. primus annus Diocletiani cepit, ergo decimus nonus cepit anno cccv. cyclo 11. à Palilibus. Sub hac Eusebiana fragmenta, quae in calce Historiae Graecae Eusebianae leguntur, exagitat, ejusque characteres omnes mendosos esse dicit. Beaviti nos tamen, inquit, Eusebius, qui annum xix. Diocletiani cum cccv. anno Juliano comparat, hoc est quo anno à Kalendis Octobris Antiocheni annum cccli. putare ceperunt. Est enim character ἀνασπόμενος. Sola igitur Ecclesia Antiochena nobis veram huius insignis calamitatis epocham conservavit. Hec eo descriptis, ut hominis in suscepta sententia firmitatem, & confidentiam animadvertentes: quam cum postea mutaverit, apparet quantum in ceteris illius asseverationi fidei sit habendum. Etenim in Eusebianis Annadversionibus ad annum mcccxcix. anno Christi ccclii. persecutionem illam cepisse dicit. Quamquam incertus eodem in loco titubatur, neque se satis explicat; ac denique in annum cccv. relabitur. Verum cum cum anno decimo nono Diocletiani persecutio illa cepisse referatur, absurdissimum est imprimis anno Christi cccv. illam contigisse credere, anno videlicet uno, postquam Diocletianus & Maximianus imperio cesserunt, quod illo ix. isto v. 111. Coss. Paris II.

adeoque anno ccciv. accidit. Praeterea cum ex antecedenti capite penitus exploratum sit Diocletiani primum annum à xv. Kalend. Octobris anni Christi cclxxxiv. exordium sumere, annus xix. iniiit anno Christi cccii. anno verò Christi cccv. cepisset annus Diocletiani xxii. si quidem Imperator adhuc fuisset.

Quod ad Eusebium pertinet, quem ita Scaliger interpretatur, ut anno primo persecutionis Pascha in Martium incidisse dicat; primum non hoc scripsit Eusebius, cujus è lib. viii. cap. 111. verba sunt. Ἐπὶ τῷ πρῶτῳ ἐνεκαυδαίου τῆς Διοκλητιανῆς βασιλείας. Δύσεθ' ἡμῶν. λίγιστ' δ' ἐν τῷ Μάρτιῳ καὶ Ῥωμαίους. ἐν αὐτῷ δ' ἡ σωτηρία πάθος ἰερῆς ἐστλαυσίας, ἡ πλοῦσι παντοχῶς βασιλικῶν γρομμῶν. Annus erat iste Diocletiani xix. mensis Dystrus, qui Romanorum Martio respondet: in quo saluti ferae passionis adventante festo, ubique Imperatoria edicta propofita fuerant. Perperam in lib. v. de Emendatione Eusebium scripsisse refert, & ἰερῆς; ἡ Πάσχα ἐστλαυσίας, indeque colligit Pascha in Martium incurrisse. Non hoc dicit Eusebius. Sed ejus verba de Passionis Dominicae feriis accipi possunt: quae & ipsa Paschatis interdum nomine censentur.

Atque ut reliqua Scaligeri peccata castigentur, & veritas ipsa certis indicis exploretur; sciendum est, ex iis temporum notis, quas Eusebius suppeditat, duorum annorum Dionysianorum alterum ad illius persecutionis initium apprimè congruere, nempe cccii. aut ccciii. Eusebius quidem ipse in calce lib. vii. Histor. Eccles. ab anno Nativitatis Dominicae ad Oratoriorum everfionem, annos computat cccv. cujus verba in Oratione de SS. Metrophane, & Alexandro describuntur apud Photium N. cclvi. ut observat Scaliger: qui & annum Christi ccciv. designari ab Eusebio sentit. Sed nec annus iste congruit, quo Diocletiani xx. absolutus est, & vicefimus primus incipit: decimus autem nonus quaritur. & Acta illa spuria videntur. Si annus cccii. eligatur; Pascha tum contigit Aprilis v. cyclo Lunae xviii. Solis 111. littera D. Novilunium Paschale Nicanum, Martii xvi. (sed Diocletiani tempore fortassis adhuc haretat in xvii.) feria II. decima quarta, Martii xix. Dominica. Ergo Pascha diffundendum in Aprilis v. At ἡ σωτηρία πάθος ἰερῆς, hoc est hebdomada sancta, posttridie caepta. Nisi quis forte celebratum in termino Pascha malit, quod non est necesse. Agebat tum in imperio Diocletianus annum xviii. & xix. proximè inchoandus erat. Eusebius verò decimum nonum ab ipso Paschali mense potuit incipere; vel ab autumno antecedente, ut Syromacedones solebant.

Alter annus est ccciii. Christi, cyclo Lunae xix. Solis iv. littera C. Novilunium Nicenum Martii vi. feria vii. decima quarta Martii xix. feria vi. Pascha itaque Martii xxi. Verum Diocletiani xvo Neomenia convenire potuit in vii. Martii. Terminus Martii xx. feria vii. Pascha verò, qui nonnullis tum Ecclesiis mos erat; ut ex Hippolyti Canone liquet, in xxii. Lunam, id est xxvii. Martii transferri. Sed & propter cycli vitium, Neomenia ipsa Paschalis uno die tardius potuit accidere: ut omnino Martii xxviii. Pascha celebratum fuerit. Quod multò probabilius est, quam quod in Animadv. Eusebianis decernit Scaliger. Itaque anno Christi propofito ccciii. Dionysiano, Antiochenfium cccli. nobis constat in Occidente Pascha ἀνασπόμενος celebratum xxi. Martii: in Oriente xviii. εὐαχίας, id est Aprilis. Neutrum sanè prudenter constare potest. Nam & in Occidente Neomenia uno die infra Nicenam, id est Martii vii. convenit; & quod terminus in vii. feriam incurrisset, diffundi Pascha potuit in Mart. xxviii. Hoc enim Latinis usitatum fuisse loco loco demonstratum est. Et idem in Orientalibus quibusdam Ecclesiis fortassis eventit.

Eusebius characterifmorum varietate dubiam rem facit. In Chronico decimus nonus Diocletiani cum anno tertio Olympiadis cccxx. confertur in editione Scaligeri. in edit. Pontaci, cum quarto, qui est Abraami mcccxx. Non autem è regione anni primi Olympiad. cclxxi. ponitur, ut lib. v. de Emendatione scribitur. Annus quartus Olympiadis cclxx. Evidentibus cepit anno Periodi Julianae 5017. Christi ccciv. Syromacedonum verò more, ab autumno antecedente, anno Christi ccciii. Rursus annus Abraami mcccxx. incipit

incipit ab autumno anni Periodi Julianæ 5016. Christi ecci. anno vicefimo Diocletiani corrente. Verum Eusebius uno anno tardius Diocletiani primordium collocat, ad annum primum Olymp. cclxi. cum ad quartum Olympiadis cclx. ponendum fuerit, qui Eusebianum more cepit anno Periodi Julianæ 6996. ab Autumno; anno Christi cclxxxiii. quo & annus Abraami mmecc. initium habuit. Quare mirum non est annum xix. Diocletiani uno itidem anno tardiùs incurrere. qui revera adscribendus erat ad annum Abraami mmeccviii. Ita quidem in editione Scaligeri. At in Pontac. biennii metachronismus est. Illic enim uti primus Diocletiani ad annum Abraami mmeccxi. sic decimus nonus ad mmeccxx. apponitur. Rursus ad annum xix. Diocletiani, Abraami in editione Scaligeri mmeccxix. in Pontac. verò mmeccxx. id adscriptum est. Secundum Antiochenos annus cccxi. Ostensum est libro superiore primum annum Antiochenum cepisse ab Autumno anni Periodi Julianæ 4665. Unde eccxi. ab autumno nono jam inchoato. Christi cccxi. Diocletiani decimo nono jam inchoato. Sed si Diocletiani annos à populari Antiochenorum epocha, id est ab Octobri antecedente, ceperit Eusebius, annus cccxi. Antiochenus cadit in annum xx. inuentum Diocletiani Imperat. Crediderim equidem Eusebium, aut quicumque notam illam æra Antiochenis apposuit, cum sciret anno xix. labente Diocletiani, qui Romano more à Palilibus anni Christi cccxi. inierat, Antiochenum annum cccxi. ab autumno cepisse, id ipsum ad Eusebianum Chronicon adnotasse è regione anni xix. Diocletiani; cum secundum epocham Eusebianam, ad xx. notari debuisset. Hanc verò latinicam nequaquam Eusebius, sed adscitiam jure Pontacus credidit, cum à plerisque codicibus ablit. Quocirca neque tanti facienda est, quanti esse putat Scaliger; neque ut germana censeatur, illius erroris patrocinatur. quin potius anno Christi cccxi. initium persecutionis adscribit, Juliano cccxviii. non ecci.

Eusebii liber de Martyribus.

In fine Eusebianæ Historiæ libri tertii, appendix quadam est, in qua Martyrum, qui in illa persecutione passi sunt, gesta describuntur, quæ in nonnullis codicibus separatim volumen faciunt, cum hac epigraphæ: Εὐσεβίῳ τῷ Πατριάρχῳ καὶ τῷ μαρτυρίῳ τῷ ἐν Καισαρείᾳ τῷ Παλαιστίνῳ ἐπὶ Διοκλητιανῶν, καὶ Μαξιμιανῶν μαρτυρησάντων. Hujusmodi Fragmentum ex Hispania Lutetiam allatum mox ut vidi, ratus, id quod titulus præ se ferebat, quod illud esse, quod de Martyribus à se scriptum testatur Eusebius, magnopere gavifus eram. Sed subinde comperi nihil aliud esse quàm laciniam illam, quæ à Rob. Stephano ad calcem lib. viii. Histor. Eccles. adtexta fuerat. quæ hand fortasse temerè libri tantopere desiderati pars esse nonnulla videatur. Sed in appendice ista, cujusquomodi sit, Persecutionis illius anni certis characteribus notantur. Verum ii majori ex parte mendosi sunt, neque secum conferant. Unum tamen exemplum est, quod perfectionis annum primum in Christi cccxi. conferendum esse suadeat. Fol. 94. editionis Rob. Stephani pag. 1. anno secundo persecutionis, Apphianus infigne martyrium obiit Xanthici die 11. quæ est iv. Non. Apr. feria vi. Est hic annus cccxi. cyclo Solis iv. littera C. Igitur primus annus cadit in Christi cccxi. Sed reliqua exempla depravatissimam continent temporis notam. Ea nos ideo prætermittimus. Apud Photium N. 256. ex libro quodam, qui inscribitur de vita SS. Metrophanis, & Alexandri, proditum est, Diocletiani anno xix. Christi cccv. persecutionem in Christianos efferuisse. Sed acta illa mendosissima sunt. Velut cum eodem anno Constantinum dicunt efferuisse, quem constat triginta & eo amplius annos habuisse. Cum Nicænum Synodum triennio, ac sex præterea mensibus durasse referunt; & id genus alia. Quare nec annum illum Christi cccv. amplectimur. Sulpitius Severus lib. 11. Historiæ interjectos ait esse ferè quinquaginta annos à persecutione Valeriani, ad initium Diocletianæ: quod est verum. Valerianus inquit anno Christi ccciv. à quo ad annum cccxi. numerantur anni xix. Idem persecutionem illam & annos x. tenuisse subjicit: & ante annos lxxxix. quàm scriberet, desisse, quod verum est. Nam limes historiæ Sulpitii est Stiliconis Consulatus anno Christi cccc. ut ipse profertur. Demptis 89. de 400. reliqui sunt 311. At anno cccxi. desit persecutio, decimo anno, ut Eusebius in

sine lib. viii. scripsit. Ex quo liquet eandem anno eccxi. cepisse. Ad summam dira illa persecutio cepisse videtur anno Diocletiani exeunte xviii. & inuente xix. Christi cccxi. Martio mense, vel Aprili, ut in Appendice Eusebiana legitur. Ita sentit Onustius, & Baronius.

CAPUT XXXV.

De Diocletiano, & Maximiano in ordinem vedatis.

MAXIMO veterum, ac recentiorum omnium consensu annus ille statuitur æra Christianæ ecci. quo Diocletianus Nicomedia, Maximianus Mediolani purpuram deposuerunt. Eusebius in Chronico: Secundo anno persecutionis Diocletianus Nicomedia, Maximianus Mediolani purpuram deposuerunt. Primus annus persecutionis ceptus est anno Christi cccxi. secundus absolutus anno ccciv. Aurelius Victor Diocletianum anno imperii vicefimo se abdicasse scribit. Cum ergo Christi cclxxxiv. inierit, vicefimus expletus est anno ccciv. Præterea Zosimus lib. 11. tempus indicat, dum ait à Consulatu Chilonis, & Libonis, quo Severus ludos sæculares instauravit, ad Diocletianum ix. & Maximianum viii. Coss. quo anno Diocletianus privatus ex Imperatore factus est, annos intercessisse ci. Consulatus iste cadit in annum Christi ccciv. quo cepit annus Urbis Varronianus mlvii. Chilonis & Libonis Consulatus competit anno Urbis mcccclvii. Severi xii. ut ex Inscriptione veteri constat; Periodi Julianæ 4917. Christi ccciv. Intervallum utroque comprehenso termino, annorum ci. At in Annalibus Ecclesiasticis anni tantummodò sunt xcix. in Onustrianis, centum. Ideo manifesta est utrobique labes; & frustra illic Zosimus appellatur. Zosimo assentitur Idatius, & Cassiodorus. Cum de anno illo certissime constet, nihilominus aduersus Historicos omnes nititur conjecturâ suâ Scaliger, & ad annum Eusebii mmeccxx. pertinacissime negat ante Consulatum Diocletiani x. qui Christi anno cccviii. convenit, imperio sese illos abdicasse. Ita porò disputat: Absurdum est Diocletianum deposuisse purpuram, & privatum postea Consulatum decimum gessisse. Si igitur vicefimo imperii anno deposuit purpuram, ergo primus annus imperii ejus convenit anno Christi Dionysiano cclxxxviii. (malè à typographo editum cccviii.) quatuor annis postquam epocha Elcclupii instituta est. Ideo perperam ait epocham Ægyptiorum Diocletianeam, quæ inquit anno cclxxxiv. confundi cum initio Diocletiani.

Nos Scaligerianum hunc errorem sanè gravissimum de initio Diocletiani, cap. xxx. refutavimus. Quod ad finem spectat, haud scio an absurdum fingi quicquam possit, quàm anno Christi cccviii. Diocletianus & Maximianum purpuram exuisse, tertio videlicet anno, quàm Constantinus Chlorus à vivis excessit, & Constantinus Augustus factus est. Nam utramque post abdicatos ambos illos accidisse, adeo certum est, nihil ut peraq̃ue testatum sit. Et verò ejus illud fiducia est, contra veteres omnes sola, & quidem falsissima conjectura, & opinione contendere? Auctor Panegyrici Maximiano & Constantino eo tempore dicti, quo Maximianus Faustam filiam cum Augusti, & Imperatoris titulo Constantino dedit, disertis verbis asserit Maximianum ante vicefimo imperii, octavo Consulatu imperio cessisse. Te rursus, ait, vicefimo anno Imperatorem, octavo Consulatu, ita ipsa amplexu quodam suo Roma voluit detinere, ut videretur angurari jam, & timere quod factum est. Quod subinde manifestius declarans, ostendit se de imperii depositione loqui, quam placito inter ipsum & Diocletianum consilio susceperant. Ergo cum octavus Maximiani Herculi Consulatus cum Diocletiani ix. comparetur, & in annum cadat Christi ccciv. non dubium est, anno isto sese ambos abdicasse, & quadriennio toto aberrare Scaligerum.

Unicus est Victoris locus, quem conjectura sua, sic Victor enim loquitur, certissima favere dicit. nimirum quod in Epitome testetur Diocletianum annos imperasse xxv. in quo ipso tamen auctorem suum redarguit, quòd initium Diocletiani cum æra Diocletianea confuderit. Ab anno Christi cclxxxiv. ad cccviii. anni sunt xxv. Nos

Nos Epitomen illam nihil motamur. Etenim Victor ipse à Schotto publicatus Diocletianum refert vicefimo anno regni celebrato curam abjecisse Reipublicæ. Tot igitur rationum, auctoritatumque momentis oppressa divinatio illa Scaligeri nullo loco potest consistere.

De Consulatu decimo Diocletiani, negari non potest, quin anno Christi cccviii. vulgò in Falsis adscribatur, cum collega Maximiano viii. Ita Falsi Siculi. At Idatiani tantum, Decies, & Maximiano vii. Coss. velut proximè antè, Novies, & Constantino, qui est Maximiani Herculi nonus cum collega Constantino jam Augusto. Quod etiam mirum est, Diocletianum posito jam imperio Consulatum rursus esse factum, nihilominus ex eo pugnari nequit, imperium ad id usque tempus ab eo propagatum fuisse.

Jam quòd nonum Diocletiani, & octavum Maximiani Consulatum arbitratur Scaliger Eusebiano numero mmeccxxii. congruere, vehementer fallitur. Nam hic annus Abraami inchoatur autumno anni Periodi Julianæ 5018. Christi cccv. annus verò mmeccxx. ab autumno anni 5016. Christi cccxi. Ideo hoc ipso Abraami anno labente, Christi ccciv. Consulatus ille Diocletiani, & ejus abdicatio convenit.

CAPUT XXXVI.

De variis Augusti & Cesaribus, qui per idem tempus existierunt.

TAM multi per idem tempus quàm Augusti, quàm Cæsares in Falsis & Historicis occurrunt, & eorum plerique nominum affinitate juncti, ut ea res non satis attento lectori posse imponere. Græcos quidem imprimis Historicos constat in Maximianorum, & Maximianorum appellationibus deceptos fuisse, ut ad Epiphianum observabamus. Quomobrem ut & caveri hallucinatio ista possit, & illorum tempora, imperiæque discerni: visum est quæ de iis apud antiquos memoria prodita reperitur, peculiari capite complecti. Diocletianus anno imperii secundo Maximianum Herculum imperii participem, Augustumque fecit, anno Christi, ut supra dēnimus, cclxxxv. Postea grassantibus in Romanum imperium variis undique gentibus, cum & Orientem Persæ, & Africam Quingentanae nationes infestarent, Julium Constantium, & Galerium Maximianum cognomento Armentarium Cæsares creaverunt, & affinitate sibi junxerunt. Prior Herculi privignam Theodoram; alter Valerium Diocletiano editam sortiuntur, repudiatis, quas habebant, uxoribus. Factum id est Tiberiano, & Dione Coss. ut Idatius refert, Kalendis Martiis, anno Christi cccxi. At Eusebius anno Abraami mmeccv. tribuit; ut anno Christi cclxxxviii. respondeat. Sed sibi met ipsi contradicit, dum Constantium Chlorum obiisse scribit anno Abraami mmeccxxii. sextodecimo imperii anno. Triennio enim amplius intercedit. Melius igitur Idatius. Errat verò dubio procul Eutropius, qui libro ix. scribit, ob Achilæ, & Carausii defectionem, & Quingentianorum in cursum, Maximianum Herculum Augustum à Diocletiano ex Cæsare factum; Constantium & Maximianum Cæsares, quæ tempore disjunctissima sunt. Aurelius Victor Schotti nostri Constantium, & Galerium Maximianum xlii. annis Cæsares fuisse scribit; qui non minus redarguendus est; quamquam Eutropius idem de Constantio testetur.

Postquam autem Diocletianus & Maximianus senior imperio cesserunt, Constantius Chlorus, & Galerius Maximianus Armentarius ex Cæsaribus Augusti renunciati, quorum ille Gallias & Britannias; iste Orientem cum Italia, & Africa suscepit, Eutropius. Galerius Cæsares duos creat, Severum, & Galerium Maximianum, qui Dazas antea vocabatur, sororis filium. hunc autem Orienti; illum Italia præfecit. Idatius Cæsares hosce factos ipso anno testatur, quo Diocletianus & Maximianus imperium exuerunt, qui est Christi ccciv. Paris II.

At Eusebius Galerium ait biennio solum, id est nondum creatis Cæsaribus, imperasse; Cæsares autem electos anno illo, quo Constantius excessit. Ita quippe Eusebii verba illa de biennio Galerii accipiendâ credimus. in quibus magnopere sese torquet in Notis suis Pontacus. Nos Idatium sequimur. Maxentius porò sub idem tempus, quo Constantinus Constantii Chlori F. in Britannis post parentis obitum Imperator à militibus appellatus est, Romæ & ipse Prætorianis à militibus Augustus acclamatur; Maximiani Herculi filius legitimus an spurius. Nam auctores variant. Contra quem Severus Cæsar à Galerio Maximiano missus, ad Ravennam occiditur, secundo anno imperii sui, ait Eusebius. Idatius Maximiano ix. & Constantino Coss. qui est annus Christi cccviii. Post Licinius à Galerio Maximiano Imperator adscitus est, Diocletiano x. & Galerio Maximiano vii. Coss. anno Christi cccviii. Idatius. In quo fallitur Alexand. Chron. quod sub obitu à Galeriano Maximiano Licinium Imper. creatum asserit. Maximianus senior dum insidias Constantino genero struit, Massilia periit, non Tarsi, ut falso Zosimus tradit: † anno 11. post Consulatum Maximianus vii. & Diocletiani x. Christi cccx. Galerius Maximianus anno cccxi. quo octavum ipse Coss. collegam habuit Licinium; moritur consumptis genitalibus, ait Victor in Epitome. Idem à Schotto editis vulnere pessilenti consumptum esse scribit; & indicat Zosimus. Cujus morbum, & miserabilem exitum, & paullo antè quam moretetur, desitam ab eodem Christianorum persequutionem describit Eusebius libro viii. cap. 15. & 16. Quamquam familiari Græcis potissimum errore Maximianum appellat. Sed Galerium Maximianum esse vel Edicti ipsius inscriptio declarat: Imperator Cæsar Galerius Maximinus Tribunitie potestatis xx. Consul viii. Hoc Maximino non convenit, sed Maximiano Armenario, qui in octavo Consulatu decessit, anno xxi. imperii sui, ait Eusebius. Rectè. Nam & anno cccxi. Cæsar appellatus est, & anno cccxi. diem functus est, ut ait Idatius. Quinquennium igitur Imperator, & § Augustus fuit, ut Victor Schotti nostri testatur. nimirum ab anno ccciv. quo Diocletianus, & Maximianus imperio cesserunt. Ceterum quod in vulgatis Eusebii codicibus, ac plerisque manuscriptis xxi. imperii anno obiisse fertur Maximianus, in quibusdam xx. tantum notatur, Pontaco teste: neque plures Tribunitie potestates, quàm xx. in illius edicto numerantur, quod Eusebius in Historia producit. Ex his corrigendus error Zosimi, qui post Galerii Maximiani obitum, Herculum Maximianum Constantino insidias struxisse, & Tarsi morbo perisse prodidit. In quo dupliciter hallucinatur. Posterior de Tarsi jam à nobis est animadvertendus error: prior ex Eusebio, Eutropio, & Idatio convulsus: ante enim Maximianus Hercules, quàm Galerius Maximianus decessit. Quocirca Galerii duo, Maximianus & Maximinus attentum historiam lectorem posulant. Nam à Græcis, uti dixi, potissimum haberi promittendæ solent; ut ab Eusebio, Socrate lib. 11. cap. 1. & alii. è contrario Maximianus ab Eutropio nominatur is, qui adversus Licinium res novas molitus, obiit Tarsi. qui est Maximinus. Ambos verò præter similitudinem nominis idem ferè mortis genus propemodum confundit. Galerium Maximianum Scaliger in Animadversi. Eusebii ad annum mmeccxxvi. negat Christianos unquam persecutum fuisse. Sed longe secus Eusebius in Historia memoriæ prodidit: & ex Actis Martyrum affirmat in Annalibus Baronius. Galerius Maximinus post atrocissimam in Christianos excitatam persecutionem, cum adversus eum Licinius Imperator contenderet, Tarsi miserando genere mortis exitinctus est, anno altero; quàm Galerius Maximianus periit: id est Christi cccxxii. auctor Eusebius Chronico. aditipulante Victore, & Eutropio, cum Augustus biennio fuisset. De ceteris suo ordine post paullo dicemus.

¶ Addit in suo exemplari Petavius: ex eoque Suetonii L. 1. c. 1. § Emendabat Petavius, in suo Codice: & Augustus non fuit, ut Victor Schotti nostri testatur, sed septennium saltem; nimirum

* Vide Photium num. lxxi. ubi quadrifariam à Diocletiano, Maximinus duobus, & Constantio, divisum ait esse orbem Romanum. Petavius.

¶ Addit in suo exemplari Petavius: ex eoque Suetonii L. 1. c. 1. § Emendabat Petavius, in suo Codice: & Augustus non fuit, ut Victor Schotti nostri testatur, sed septennium saltem; nimirum

CAPUT XXXVII.

De obitu Constantii Chlorig.

CONSTANTII Cæsaris obitum Scaliger accidisse memorat anno Christi cccvii. a. d. viii. Kal. Aug. Constantinum autem inisse viii. Kalend. Octob. anno i. Olymp. cclxxi. id est primo lustri Juliani, quod incipiebat a. d. viii. Kal. Octob. anni cccvii. secundum Constantinopolitanos. At Eusebius è regione anni tertii Olymp. cclxxi. posuit, anno quarto persecutionis: qui competit in annum Christi cccviii. quòd videlicet annus cccviii. sit primus currens Constantini M. ab pag. 469. a. d. viii. Kal. Octob. anni cccvii. Hæc Scaliger capite de initio Constantini Magni, in v. de Emendat. Sed multis modis hallucinatur. Nam quartus persecutionis annus cepit anno Christi cccv. aut, ut aliis placet cccvi. Annus enim Diocletiani xix. qui primus est persecutionis, inuit anno cccii. quod supra validissime demonstravimus. & vicissim, anno ccciii. non cccvi. ut Scaliger affirmat. Itaque Constantius Chlorus anno Christi cccv. vel cccvi. mortuus sit necesse est. Plerique omnes annum cccvi. delignant, Constantio v. & Galerio Maximiano v. Coss. quibus sanctum esse Constantium docet Idatii Chronicon. Neque quemquam invenias, qui ante hunc annum aut Constantii mortem, aut Constantini primordium collocarit. Favet Eusebius in Chronico, dum anno xvi. imperii Eboraci in Britannia Constantium obiisse testatur. videlicet ab eo tempore, quo Cæsaris nomen obtinuit, qui est annus Christi cccxi. Tiberiano, & Dione Coss. ut est in Idatii Chronico. Idem Eusebius annum Abraami mcccxxii. adjungit in editione Scaligeri, cum anno ii. Olympiadis cclxxi. At Pontaci editio annum Abraami mcccxxiii. Olympiadis verò tertium. Annus mcccxxiii. Eusebianus cepit autumno anni Periodi Julianæ 5018. Christi cccv. inde anno sequente, cccvi. mortuus erit Constantius, Julii xxv. ut prodit Socrates lib. i. cap. i. quod ipsum communi sententia congruit. At si anno Eusebiano mcccxxiii. obitum Constantii tribuas, mortuus erit anno Christi cccvii. ut putat Scaliger. Rursus annus primus Olymp. cclxxi. inuit anno Christi cccv. à Sossitio, vel Eusebiano more ab autumno anni ccciv. à quo & Abraami cepit annus mcccxxi. Quare rector Euseb. Chronici putatio, ut anno Abraami mcccxxiii. Olympiadis cclxxi. anno secundo Constantius obierit, uti Scaligeriana editio præbet. Socrates verò anno primo Olympiadis cclxxi. mortuum illum facit, qui est Christi cccv. Quem annum complura argumenta persuadent. Primum Aurelius Victor Schotti nostri Constantio annum imperium fuisse testatur, ex quo scilicet Diocletianus & Maximianus imperare desierunt. Est autem hic annus Christi ccciv. quo Kalendis Aprilis ambo illi purpuram deposuerunt. Ex hoc die primus annus Constantii Chlorig, & Galerii Maximiani procedit. Quorum ille tertio mense post annum expletum moritur. Ideo annum hoc vocat imperium Victor. Igitur anno Christi cccv. mortuus est. alioqui non annum imperium, sed biennii solidi putaret, si anno cccvi. tertio anno jam inchoato, è vivis excessisset. Præterea Chronicon Eusebii quarto anno persecutionis Constantii obitum, & initium Constantini vendicat. Cæpta est persecutio, uti nos supra declaravimus, anno ccciii. sub ipsum Pascha. Quartus itaque illius annus inuit à Paschali mense anni cccv. quo corrente, ejusque mense quarto mortuus est Constantius: sexto verò mense Constantinus imperium cepit. Nam si anno cccvi. istud evenisset, non quarto, sed quinto anno fuerat impetandum. Tertio Socrates anno primo Olymp. cclxxi. mortem illius assignat, qui necessario cadit in annum Christi cccv. Quarto idem ex annis imperii Constantini colligitur, quos Eusebius lib. iv. de vita Constantini cap. l.iii. duos & triginta numerat, paucis exceptis mensibus. Igitur quo anno dececit, inchoandus erat imperii tricesimus tertius; adeoque primus illius annus

à cccv. procedit. Sed de annis Constantini proximè verba faciemus. His de causis magna mihi suspicio est, Constantium Chlorig anno Christi cccv. mortuum esse. quod tamen affirmare proflus, & adversus communem hoc tempore Chronicorum omnium, & Annalium fidem pugnare non audeamus. Itaque rem in medio relinquimus.

At Scaliger lustra nescio quæ Juliana commentus est, quorum in ducentesimo septuagesimo primo mortuum dicit esse Constantium. Unicum novæ illi, & inaudite conjecturæ ansam præbet Socrates, qui anno i. Olympiadis cclxxi. Constantium excessisse scribit. Hoc Scaliger de Iphiteis Olympiadibus intelligi posse non putat, qui id semel perfunctum habuit, anno Christi cccvii. mortem illius contigisse. Itaque ad nova illa lustrorum commenta confugit. de quorum absurditate multa in superioribus libris diximus. Quinetiam falsò quartum persecutionis annum dicit esse Christi cccviii. ut primus anno cccv. cœperit; cum Diocletianus, & Maximianus annum jam in privata vita contrivissent. Et tamen anno xix. Diocletiani cœpta persecutio dicitur. Magna hæc est hallucinatio.

De die, quo Constantinus renunciatus est Imperator à militibus, perinde divinat Scaliger, fuisse viii. Kalend. Octobris. Nam Idatius viii. Kalend. Augusti levatum esse Constantinum scribit in Chronico. idemque sentit Onofrius.

CAPUT XXXVIII.

De initio Constantii magni, & ejus imperio.

QUÆ sit communis de Constantini Imperatoris exordio sententia, capite superiori docuimus. Nam præter unum Scaligerum, omnes ferme anno cccvi. mortuum esse Constantium, & Constantinum imperare cepisse sentiunt. Quod est nequaquam improbum, causas tamen nonnullas habemus, quæ dubitationem saltem injicere possint. Si quidem Constantium anno Christi cccv. dececisse certis argumentis adstruximus: quorum illud quartum fuit, quod ex annis imperii Constantianis peritur, de quibus non planè inter Scriptores convenit. Eusebius in Chronico annos xxx. menses x. attribuit. cui consentaneus est Eutropius, qui Constantinum anno uno & tricesimo imperii mortuum esse scribit; ætatis sexto & sexagesimo. Socrates & Sozomenus imperio xxxi. annos, vitæ lxxv. Uno amplius ætati tribuit Hieronymus in Supplemento. At Eusebius lib. iv. de Vita Constantini cap. l.iii. duos & triginta annos paucis mensibus, & diebus exceptis imperasse refert, ac duplum illius temporis vixisse. Huic Victor à Schotto nostro editus aditipulatur ita scribens. Ita anno imperii tricesimo secundoque, cum totum orbem vredeum tenuisset, sexaginta natus, atque amplius duo & c. At in Epitome parum constanter imperasse refert annos triginta, vixisse tres & sexaginta. Subinde verò xxxii. annos imperio tribuit: Irrisor, inquit, potius, quam blandus. unde proverbio vulgari, Trachala, decem annis præstantissimus, duodecim sequentibus laro, decem novissimis pupillis ob profusiones immodicas, nominatus. Duos igitur & triginta annos impat. Obitus porò Constantini indubitato charactere notatur. Pentecostes in xi. Kal. Junias incurrentis, Feliciano & Titiano Coss. anno Christi cccxxvii. cyclo Luna xv. Solis x. littera B. De Pentecoste auctor est Eusebius lib. iv. de Vita Constant. cap. lxxv. De Coss. Idatius utrumque Socrates in fine lib. i. complexus est. Hoc igitur anno ex Eusebio, Victorisque mente tricesimus tertius inchoari debuit. Quare primum retrò putatus in annum Christi cccv. refunditur. Panegyricus Maximiano, & Constantino Augustis ab incerto auctore dicitur indicat, Constantinum, cum in Britannia mortuo patre imperium adeptus esset, Cæsaris appellatione contentum, Augusti, & Imperatoris abstinuisse nomine, donec à Maximiano gener adscitus unà & Augustus appellaretur. quod anno altero ab obitu Constantii contigit.

Ex

Ex quo duplex initium Constantini fortasse constitutum est: quorum à primo duos & triginta prope annos imperavit: uno minis ab altero. Quamquam ut hoc affirmemus, Consulatum prius in Faltis ordo solicitandus est. Nam duo Consulatus post nonum Diocletiani, & octavum Maximiani, quo se abdicarunt, in Annalibus notantur. Fixus est autem Consulatus ille Diocletiani, & Maximiani anno Christi cccv. Unde nonnisi anno cccvi. mortuus erit Constantius. Hanc nostram de Constantii morte dubitationem peritiores, quam nos sumus, antiquitatis historiarum discutient. Illud extra controversiam, & Constantini primordium perperam Scaligeri in annum Christi conjici recentesium septimum. Cujus & alia sunt errata in Eusebianis Animadversionibus quæ ad Constantium, vel Constantinum attinent. Imprimis ad annum mcccxxiii. scribit Constantinum ideo ex prima Constantii conjuge natum minime videri, quod prior uxor erat Minervia mater Crispi Cæsaris; quam dimittere coactus est, quum Theodoram privignam Herculi duxit uxorem. Perspicua est hallucinatio. Nam Minervia Constantini prior conjux fuit; ex qua natus est Crispus. eaque repudiata Faustam Maximiani filiam duxit. Item sequente Nota negat παδ' αὐτῆς, id est moribundum Constantium Chlorig à filio repertum, sed παδ' αὐτῆς, hoc est jam mortuum. Atqui nihil exploratius est, quam vivente Constantio, supervenisse Constantinum, ac maximo gaudio patris exceptum; ut Eusebius in ejus vita testatur. Cetera de Maxentio, & vicennialibus Constantini iisdem in Animadversionibus peccata sequenti capite castiganda sunt.

CAPUT XXXIX.

De Maxentio à Constantino magno devicto.

IDATIUS in Chronico, Constantino ii. & Licinio iii. Coss. victum & occisum Romæ Maxentium ad pontem Mulvium scribit. Est hic annus Christi cccxii. quod ex ætate nota, quam Idatius adscribit, intelligimus. Est enim cccii. è qua demptis xxxviii. residui sunt cccxii. Zosimus lib. ii. refert, Constantino à militibus in imperium patri substituto, ejusque Romam imagine perlata, Maxentium amulatione percitum, Prætorianorum ope militum, imperium usurpasse. Quare paullo post Constantinum, Maxentius Imperator salutat est. quod & Eutropius indicat, & Victor. Onofrius in Faltis circa vii. Kal. Octobris, imperium cepisse Maxentium asserit, Panegyricis, ut ait, auctoribus. Sed quos Panegyricos intelligat nescio. Nullus enim è Gallicanis illis Oratoribus, qui in illorum temporum Imperatores Panegyricos ediderunt, tale quicquam significat. Unus est inter illos Constantino Augusto Constantii filio dicitur, in quo prælium ab eo cum Maxentio gestum, & hujus exitum describit. In eo verò dumtaxat anni memorantur, quibus ille tyrannidem exercuit. Primum ita loquitur: Mille & sexaginta annis contractas ex toto orbe divitias monstrum illud redemptis ad civile latrocinium manibus ingesserat. Postea: Sed divina mens, & ipsius Urbis æterna majestas nefario homini eripuerit consilium, ut ex inveterato illo corpore, ac fædissimis latebris subito prorumperet, & consumpto per defunctus senio, ipsum diem natalis sui ultima sua cade signaret, ne septennarium illum numerum sacrum, & religiosum, vel inchoando violaret. † Legendum in his verbis sexennio, non senio. Nam cum Maximianus, ut refert Victor, sexagenarius obierit, Maxentius ejus filius senex esse non potuit. Ergo sex annos imperasse Maxentium, & paullo antè quam septimum inchoaret sublatum è medio, Panegyricus dicit. Victor Schotti, anno tyrannidis sexto, quemadmodum & Eusebius in Chronico scribit à Pontaco editus. Qui quidem iisdem ex illis Panegyrici verbis colligit, Maxentium ultimo sexti anni die mortuum esse. tamen non id

apertè auctor ille tradit: sed natali suo die casum fuisse. Vox tamen ultima nescio quid ejusmodi demonstrat. Quo itaque mense, mensive die Maxentius occubuerit, incertum est. § Onofrius viii. Kalend. Octobris definit. Sed auctorem nullum habet, quamvis plures citet. Illud verisimile est, haud longè postquam à militibus Imperator salutat est Constantinus, Maxentium tyrannidem arripuisse. Ex quo etiam initium ejus colligi potest. Si enim anno Christi cccxii. sextus illius annus absolutus est, & septimus inchoandus fuit; haud dubie cepit anno Christi cccvi. Unde & initium Constantini eodem anno statuendum, non, ut suspicamur, anno, cccv. Itaque anno septimo Constantini victus, & interfectus est Maxentius. At Chronicon Alexand. Theophanes, & Cedrenus id anno sexto factum volunt, quibus prævit Eusebius in Chronico, ut à Scaligero publicatus est, & in aliquot scriptis codicibus cernitur. et si non pauci, quos Pontacus secutus est, anno septimo Constantini Maxentii necem adscribant. Rursus in editione Scaligeri ad annum Abraami mcccxxviii. & Olympiadis cclxxiii. annum quartum Maxentii obitus adnotatur. apud Pontacum autem anno Abraami mcccxxx. secundo Olympiadis cclxxiii. Si Maxentius ante Octobrem, unde Eusebius annos inchoat, occisus est, rectè proflus editio Scaligeri. Nam Abraami annus mcccxxviii. cepit anno Periodi Julianæ 5024. Christi cccxi. unde exeunte anno cæsus est Maxentius, anno Christi cccxii. Sic annus quartus Olympiadis cclxxiii. itidem ab antecedente ceptus autumno congruit. At Pontaci descriptio tarditate peccat, ac duorum, aut trium annorum meta, equivocat.

Scaliger lib. v. de Emend. Maxentium ait anno Urbis conditæ mxx. absoluto, & ineunte mxxi. imperare cepisse, quod & Orosius memorie prodidit. Falsò id verò Scaliger. Nam corrente anno Urbis mlix. Varroniano cepit, in quem Christi cccvi. cadit. Sed & ipse pugnantia loquitur. Si enim Christi cccvii. Constantinus inuit, non utique anno Urbis mxxi. sed mxx cepit. Pergit Scaliger, & Maxentii necem illigat anno Christi cccxii. imò, inquit, anno cccxiv. si Eusebio credimus, qui illum annum comparat cum secundo Olympiadis cclxxii. quod sanè falsum est. Hoc enim contigit anno primo Olympiadis, non secundo. Nihil dici potuit absurdius. Annus primus Olympiadis cclxxii. est Iphiti mxxxv. quibus additis annis 3937. consistunt anni Periodi Julianæ 5022. qui est annus Christi cccix. Eo cæsus erit Maxentius. Atqui anno Christi cccxii. mortuum volebat. Præterea falsum est Eusebium in annum ii. Olympiadis cclxxii. contulisse, ut è superioribus patet.

Jam quod anno Christi cccxiii. necatum esse Maxentium prudens ac sciens opinatur Scaliger, id in Prolegomenis Operis de Emend. Temp. repetit, ac Baronium redarguit, qui annum cccxii. præstituit; cum Panvinius rectè cccxiii. constituat. Sed quod ad Panvinium attinet, is in Chronico anno Christi cccxii. Urbis mxxiv. Constantini septimo Maxentium occisum esse refert. In Faltis verò annum quidem Urbis adscribit eundem, sed eum cum anno Christi cclxxiii. copulat. Verum in Faltis hallucinatione, vel librarii culpa mendum irrepsit. Cum enim primus annus Christi ex Onuphrii mente inierit Kalend. Jan. anni Urbis dccciiii. necesse est anno Urbis mxxiv. adjungi annum Christi cccxii. At rursus in annis Urbis errat Onuphrius. Non enim annus Urbis mxxiv. sed mxxv. ad annum Christi cccxii. pertinet. Onuphrius autem uno expuncto Consulatu, annorum Urbis seriem depravat, à Probi temporibus, ut nos supra declaravimus. In Animadvers. Eusebianis perinde anno cccxiii. Maxentium perisse docet. Sed omnibus illis argumentis resellitur, quibus partim initium Constantini adstruximus anno Christi cccvi. partim hoc ipso capite Maxentii obitum conferendum esse demonstravimus in annum cccxii. Quinetiam Operati locus ille quem producit,

B b 3

Hallucinato Scaligeri pag. 475

Scaligeri hallucinato altera.

Sanè Theodoram Lætor Colloc. a. refert Constantinum annos xxxi. menses x. imperasse; unde consequens est anno cccv. cœpisse.

Hoc ipsum docet Eumenius Paneg. Constantini, pag. 94. Imperator transiitum facturum in culum vidit quem relinquitur heredem. Petavii. † Sic Panegyricus Nazarii Constantino dicitur pag. 80. §. 12. non quidquid mali sexennio toto dominatio ferulis inflixerat, &c. Petavii.

Nazarius pag. 79. ait caput Maxentii, postquam Romæ traductum est, in Africam missum: Et nondum satis tempore mari, adjuvantiam nauticam navantibus felices aura. Ergo circa veris initium, ut proinde hinc, nec desinente mortuus sit. Idem.